LEXICON

VETERIS TESTAMENT

NOVUS THESAURUS

PHILOLOGICO-CRITICUS:

SIVE,

LEXICON

IN LXX.

ET RELIQUOS INTERPRETES GRÆCOS,

AC

SCRIPTORES APOCRYPHOS

VETERIS TESTAMENTI.

POST BIELIUM, ET ALIOS VIROS DOCTOS

CONGESSIT ET EDIDIT

JOH. FRIED. SCHLEUSNER,

PHILOSOPHIÆ ET THEOLOGIÆ DOCTOR, HUJUSQUE PROF. P. O. ÆDI ARCIS PRÆPOSITUS,
SEMINARII ECCLES. REGII VITEB. DIRECTOR.




EDITIO ALTERA, RECENSITA ET LOCUPLETATA.

VOLUMEN TERTIUM.

GLASGUÆ:

CURAVERUNT ET EXCUDERUNT ANDREAS ET JOANNES M. DUNCAN,
ACADEMIÆ TYPOGRAPHI:
IMPENSIS RICARDI PRIESTLEY, LONDINI.

1822.



LEXICON GRÆCUM

VETERIS TESTAMENTI.

---

a 'ΡΑΒΔΙ'ΖΩ, *virga cædo, baculo* s. *pertica excutio* seu *decutio, trituro.* חָבַט, *excutio* s. *decutio,* si frumenta s. legumina ex folliculis instrumento quocunque excutiuntur. Jud. VI. 11. ἐῤῥάβδιζε πυροὺς, *triturabat* frumentum. Ruth. II. 17. ἐῤῥάβδισεν, ἃ συνέλεξε, *triturabat* spicas, quas collegerat. Vulg. *virga cædens et excutiens.* Sc. in re subitaria et mi-
b nore frumenti copia in frumento excutiendo flagellis quoque utebantur. Aqu. Theod. Ies. XXVII. 12. ῥαβδίσει. Sic enim legendum pro ῥαβδήσει. Adde quoque Ies. XXVIII. 27. ubi pro τινάσσεται alii habent ῥαβδισθήσεται.

'ΡΑΒΔΙ'ΟΝ, diminutivum, *virga parva, virgula.* Sumitur etiam pro ῥάβδῳ, βακτηρίᾳ, *baculo.* חֹטֶר. Prov. XIV. 3. ἐκ στόματος ἀφρόνων ῥαβδίον
c ὑπερηφανίας, labia stultorum quasi baculo percutiunt alios insolentia sua. Aqu. Ies. XI. 1. ubi LXX ῥάβδος habent. Vox Hebr. חֹטֶר quandoque *baculum, scipionem* notat. Syriacum ܚܘܛܪܐ est *virga, baculus, fustis.*

'ΡΑ'ΒΔΟΣ, *virga, baculus, sceptrum, surculus viridis, virga florens,* etiam *ligneus sagittæ calamus.* חֹטֶר. Ies. XI. 1. ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, repullulabit *surculus* ex caudice Isæi, h. e. ex gente Davi- d
dica proditura est *soboles.* — חֵץ, *sagitta.* Ezech. XXI. 21. τοῦ ἀναβράσαι ῥάβδον, ut virgam vel *sagittam* ejiciat, sc. divinandi et ominis faciendi causa. Gloss. MS. in Ezech. ῥάβδον, βέλος. Ita quoque Hesychius. Est genus augurii ῥαβδομαντεία et βελομαντεία olim apud Chaldæos (Schol. Nicandri: μάγοι μυρικίνῳ μαντεύονται ξύλῳ), Persas e
(Strab. Geogr. Lib. XV. p. 847.), Assyrios (Athen. Deipn. Lib. XII. c. 7. p. 530.) aliosque populos usitatum. Conf. Hos. IV. 12. et Potteri Arch. Gr. T. I. Lib. 2. c. 16. Vide quoque Reiskii Sammlung Einiger Arabischen Sprüchwörter, die von den Stecken oder Stäben hergenommen sind (Lips. 1758. 4.) p. 19. seq. — מוֹט, *jugum.* Nahum. I. 13. ubi non מַטֶּה legerunt, sed f
voci ῥάβδος notionem *dominii duri* et ex adjuncto *servitutis* subjecerunt. Conf. s. v. מַטֶּה. — מַטֶּה. Ies. IX. 4. ἀφῄρηται ὁ ζυγὸς καὶ ἡ ῥάβδος ἐπὶ τοῦ τραχήλου αὐτοῦ, h. e. *servitus* eorum depulsa est. Ies. X. 5. ἡ ῥάβδος τοῦ θυμοῦ μου καὶ ὀργῆς, *dominum* atrox et iracundum. Ez. XX. 37. διάξω ὑμᾶς ἐπὶ τὴν ῥάβδον μου, subjiciam vos *imperio* meo. Ps. II. 12. reges eos ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, *im-*

a *perio* duro. Psalm. CXXV. 3. τὴν ῥάβδον τῶν ἁμαρτωλῶν, *tyrannidem* impiorum, sc. supra justos.—מַטָּה, *lectus*. Gen. XLVII. 31. ubi est *baculus, quem quis manu gestat,* ac LXX aperte מַטֶּה legerunt. Vide L. Bos. Proleg. in LXX, ubi Patricium Junium notat, qui conjicit, LXX pro ῥάβδου scripsisse κραββάτου. Confer Hebr. XI. 21. — מַקֵּל.

b Gen. XXX. 37. Num. XXII. 27. Hos. IV. 12. ἐν ῥάβδοις αὐτοῦ ἀπήγγελλον αὐτῷ: ubi etiam de ῥαβδομαντεία sermo est. Vide Seldenum de Diis Syris Synt. I. c. 2. p. 101. Beyerum ad eundem p. 197. ac Ez. Spanhem. Obs. in Callim. p. 639. Ez. XXXIX. 9. ubi ξύλα sunt *sudes*, Gallice *des pallisades*. — מִשְׁעֶנֶת, *scipio*. Exod. XXI. 19. Jud. VI. 21.
c 2 Reg. XVIII. 21. et alibi. Theod. (sec. Procop. in Cat. Niceph. p. 1914.) Num. XXI. 18. — עֵץ, *lignum*. Ezech. XXXVII. 16. 17. 19. 20. ubi ῥάβδος *tabellam ligneam* notare videtur. — שֵׁבֶט. 2 Sam. VII. 14. ἐλέγξω αὐτὸν ἐν ῥάβδῳ ἀνδρῶν, h. e. animadvertam in eum *castigatione* non inhumana nec durissima. Vid. le Moyne in Varia Sacr. p. 457. Adde
d Ps. LXXXVIII. 32. et 1 Cor. IV. 21. Psalm. XXII. 5. ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτηρία σου defendunt me, ubi est *præsidium*. Jud. V. 14. ἕλκοντες ἐν ῥάβδῳ γραμματέως, qui ducunt s. tractant *stilum scribæ*, h. e. *eruditi, literatores*, ubi ῥάβδος est *instrumentum scribendi, stilus, calamus*. Ps. LXXIII. 2. ἐλυτρώσω ῥάβδον κληρονομίας σου, liberasti *portionem* demen-
e sam tuam, h. e. terram, quam tibi vindicasti, ut quasi portio tua esset. Sc. ῥάβδος h. l. notat *virgam metientium, perticam mensoriam*, et metonymice *terræ portionem per ejusmodi perticam demensam*. Mich. VII. 14. ποίμαινε λαόν σου ἐν ῥάβδῳ σου. Inde forte in Lex. Cyrilli MS. Brem. ἐν ῥάβδῳ, ἐν ἐπιτιμίᾳ λέγων. Apud Phavor. male legitur: ἐν ἐπιτιμίου λόγῳ. — שֵׁבֶט et מַטֶּה junctim. Ies. X. 5. f
15. XXVIII. 27. — שַׁרְבִיט, *sceptrum*. Esth. IV. 10. πλὴν ᾧ ἐὰν ἐκτείνῃ τὴν χρυσῆν ῥάβδον, præter eum, in quem extenderit *sceptrum* aureum: quod regibus, si promittebant, usitatum fuisse, Aristoteles narrat Polit. Lib. III. c. 10. ὁ δὲ ὅρκος ἦν τοῦ σκήπτρου ἐπανάτασις. His addidit Bielius: פְּרִי, *fructus*. Al. Ies. XIX. 12. αἱ ῥάβδοι. Sed locus, quem g
respexit, reperitur Ezech. XIX. 12. ubi τῷ מַטֶּה respondet.

'ΡΑΓΑ'Σ, *ruptura, scissura, rima, fissura*, a ῥήσσω, *frango, rumpo*, i. q. ῥῆγμα, ῥῆξις. נַעֲצוּץ, *vepretum*. Ies. VII. 19. Ægyptii et Assyrii, ut muscæ et apes, considunt εἰς τὰ σπήλαια καὶ εἰς πᾶσαν ῥαγάδα, in speluncis et in omnis generis *fissuris*. Sic Codex Vaticanus. MS. Alex. ad- h
dit: καὶ ἐν παντὶ ξύλῳ. Nescitur autem, num per ῥαγάδα voluerint exprimere נַעֲצוּץ, ut Kircherus, Trommius et Bielius putant, vel num respexerint נַהֲלֹלִים (*arbores viles*, sec. Schultensium Origg. Hebr. I. 11. p. 109. *loca irrigua*), ut legerint הַחֲלִלִים, a חָלַל, *perforare*. Vulg. *foramina*. Posterius est probabilius, ut verba καὶ ἐν παντὶ ξύλῳ glossema i
contineant. Hesych. ῥαγὰς, ῥωγὰς, σήλυξ. Vid. D'Arnaud Lect. Gr. II. 15. p. 233. Nisi forte ῥαγὰς sit etiam *ramus abscissus*, veluti ῥαγάζιον, de quo vid. du Fresne in Gloss. Græcit. p. 1279.

'ΡΑ'ΓΜΑ, idem. בְּקִעִים plur. *scissiones*. Al. Amos VI. 11. ῥάγμασιν.

'ΡΑ'ΔΑΜΝΟΣ, *germen tenerum, ramus, stolo, malleolus, propago*. Ita dici volunt, quia ῥία δαμᾶται, *facile subigitur*. Alio nomine in plur. παραφυάδες, παραφύσεις, παραβλαστήματα. Plinius vocat *adnata*, quæ a latere proveniunt in plantis, stirpi-

a bus, arboribus, et succrescunt justo
germini, inutilis plerumque fructi-
ficatio. — יוֹנֶקֶת, *surculus sponte
pullulans, quasi succum arboris su-
gens.* Job. VIII. 16. XIV. 7. — כִּפָּה,
ramus, propr. *incurvus.* Job. XV.
32. — צֶאֱל, *umbra.* Al. Job. XL. 17.
ῥαδάμνους. Ita transtulit, quia scil.
umbram faciunt ῥάδαμνοι. Hesych.
ῥάδαμνος, βλαστὸς ἁπαλὸς, κλάδος, ἄν-
b θος, ὄρπηξ καὶ τὰ τοιαῦτα. Suidas:
ῥάδαμνος, βλαστὸς τρυφερὸς ἢ κλάδος.
ῥάδαμνός ἐστιν ὁ τοῖς φύλλοις κομῶν ἀκ-
ρέμων τοῦ δένδρου, καὶ σκιὰν ἐκτιλῶν,
παρὰ τὸ ῥᾳδίως δαμάζεσθαι ὑπὸ καύσω-
νος ἢ τινὸς ἄλλου αἰτίου ὡς ἁπαλὸς καὶ
τρυφερὸς ὤν. Lex. Cyrilli MS. Brem.
ῥάδαμνος, κλάδος, βλαστὸς, φυάδιον. ἢ
δένδρου τὸ ἄνθος. Olympiodorus ad
Job. XIV. 7. ῥάδαμνον interpretatur
c τὸν κλάδον τὸν μετὰ τὴν ἐκτομὴν φυόμενόν
τε καὶ αὐξανόμενον.

'Ρᾼ'ΔΙΟΣ, *facilis, utilis, commo-
dum afferens.* 2 Macc. II. 27. IV.
17. οὐ ῥᾴδιον, h. e. *periculosum, noxi-
um, quod pœnas affert.* Vulg. *im-
pune non cedet.*

'ΡΑΘΜΕ'Ν. Ipsa vox Hebr. רֹתֶם,
juniperus. 1 Reg. XIX. 4. ὑποκάτω
ῥαθμὲν, pro quo in Gloss. In Lib.
d 3 Reg. vitiose legitur ὑποκάτω ῥαμέν.
Exponitur autem ὑποκάτω ἀρκευθοῦ
(scr. ἀρκεύθου), *sub junipero.* Confer
Cappelli Notas ad Job. XXX. 4.

'ΡΑΘΥΜΕ'Ω, *segniter ago, desi-
deo, otio me trado.* הִתְרָאָה Hithp.
*invicem aspicio, ut facere solent ino-
pes consilii,* et ex adjuncto *cunctor.*
Gen. XLII. 1. Boysenius in Sym-
bolis Critt. P. I. p. 101. confert
e Arab. خرب, *remissus ac langui-
dus fuit.* Confer Golium p. 281.
Judith. I. 16. Sir. XXXII. 12.
Interdum ῥαθυμεῖν etiam notat *scor-
tari, voluptati venereæ indulgere,* v. c.
2 Macc. VI. 4. ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ῥαθυμούν-
των μεθ' ἑταιρῶν. (Vulg. *gentilium
scortantium cum mulieribus*) ubi est
i. q. in seq. γυναιξὶ πλησιάζειν. Sui-
das: ῥαθυμεῖν, οὐχ (h. e. *non tam*)
ὡς ἡμεῖς φαμὲν τὸ τοῖς ἀφροδισίοις σχο- f
λάζειν, ἀλλὰ (*quam*) ἁπλῶς τὸ ἀργεῖν
καὶ τρυφᾷν, παρὰ τὸ ῥᾷστα τῷ θυμῷ
διδόναι. Etym. M. ῥαθυμεῖν τὸ ἀργεῖν, ἢ
καὶ τρυφᾷν, ἢ τὸ τοῖς ἀφροδισίοις σχολά-
ζειν. Eadem quoque tradit Phavo-
rinus.

*'ΡΑΘΥΜΙ'Α, *segnities,* etiam *læ-
titia et hilaritas.* 3 Maccab. IV. 7.
ἀντὶ εὐωχίας καὶ νεωτερικῆς ῥαθυμίας
τοὺς ἐπιλοίπους τῶν γάμων ἡμέρας ἐν g
θρήνοις διῆγον, loco convivii et juve-
nilis *hilaritatis* reliquos nuptiarum
dies per lamenta celebrabant. He-
sych. ῥαθυμία, ἀμέλεια, κατήφεια, ἀνο-
χή. Idem fere est in Suidæ glos-
sario.

'ΡΑΙ'ΝΩ, *aspergo, irrigo.* בָּקַע,
scindo. Inc. et LXX Job. XXVI. 8.
οὐκ ἐῤῥάγη νέφος ὑποκάτω αὐτοῦ. Non
male. Nubes enim, si pluviam de- h
mittunt, aut terram rigant, rumpi
videntur. Vulg. *non erumpant.* Non
opus itaque est, ut ἐῤῥάγη legatur,
quod alii libri habent, et alius in-
terpretis esse videtur. — זָרַק. Ez.
XXXVI. 25. — נָזָה : הִזָּה, Kal et
Hiph. Exod. XXIX. 21. Levit. IV.
17. V. 9. et alibi sæpius. — נָזַל,
fluo. Ies. XLV. 8. αἱ νεφέλαι ῥανάτω-
σαν δικαιοσύνην. i

*'ΡΑΙΦΑ'Ν s. 'ΡΕΦΑ'Ν. Vox
Ægyptiaca, quæ sec. Hodium de
Text. Bibl. Orig. Saturnum notat,
sed ex sententia Jablonskii Opusc.
T. I. p. 230. et T. II. p. 3-72. *so-
lem dominum* s. *regem cœli.* כִּיּוּן.
Amos V. 26. pro quo ריון legerunt.
Zonaras Lex. col. 1608. Ῥεφὰν, εἴ-
δωλον.

'ΡΑ'ΚΟΣ, *panniculus, vestis lacera* k
et detrita. בֶּגֶד, *vestimentum.* Ies.
LXIV. 6. — סְחָבוֹת plur. *distrac-
tiones,* h. e. *partes vestium trahendo*

a per terram laceratæ et attritæ. Jer. XXXVIII. 11. ἔλαβεν ἐκεῖθεν παλαιὰ ῥάκη, sumsit inde veteres panniculos. Hesych. ῥάκη, ἀποσκορακίσματα, καὶ ἀποσπάσματα, ἱμάτια. Suidas: ῥάκος, τὸ τριβώνιον.

ῬΑΚΩ'ΔΗΣ, *panniculosus, lacer, detritus.* קְרָעִים plur. *scissuræ, fragmenta.* Al. Prov. XXIII. 21. ῥακώδη.

b ῬΑ'ΜΜΑ, *sutura,* etiam *filum.* חוּט, *filum, quo consuitur.* Inc. et LXX Jud. XVI. 12. Aqu. Genes. XIV. 23. In utroque loco ῥάμμα notare videtur *id quo consuitur.*

ῬΑ'ΜΝΟΣ, *rhamnus, spina alba.* אָטָד, *cynosbaton.* Jud. IX. 14. 15. Ps. LVII. 9. ubi pro ῥάμνον scribendum est εἰς ῥάμνον. Certe Hieronymus (qui, ut e verbis seq. *quasi in*
c *ira,* ὡσεὶ ἐν ὀργῇ, apparet, LXX secutus est) habet: *antequam crescant spinæ vestræ in rhamnum.* Vide infra s. v. συνίημι. Symmachus habet: ὥστε γενέσθαι ῥάμνος, qui legisse videtur: לְאָטָד. Vide et Ep. Jerem. v. 60. Suidas: ῥάμνος, ἀκανθῶδες φυτὸν μέγιστον. Πᾶσαν δὲ ἁμαρτίαν ἄκανθαν καλεῖ ἡ γραφή. Desumta hæc sunt ex Theodoreto ad Psalm.
d LVII. 9.

ῬΑΝΙ'Σ, *stilla, gutta,* pro ῥαντὶς, a ῥαντίζω, *aspergo,* vel a ῥαίνω, idem. Sap. XI. 23. ῥανὶς δρόσου ὀρθρινή, *gutta* roris matutina. Hesych. ῥανίς, σταλαγμός.

*ῬΑ'ΝΤΗΣΙΣ, *aspersio.* נִדָּה, *separatio, aspersio.* Zach. XIII. 1. sec. ed. Compl. Sed fortasse ibi legendum ῥάντισις.

e ῬΑΝΤΙ'ΖΩ, *aspergo,* i. q. ῥαίνω. חִטֵּא Pih. *expio.* Ps. L. 8. — נָזָה. Levit. VI. 27. 2 Reg. IX. 33. Suidas: ῥαντίζω, αἰτιατικῇ, ῥαίνω.

ῬΑΝΤΙΣΜΟ'Σ, *aspersio.* נִדָּה, *separatio,* it. *aspersio.* Num. XIX. 9. 13. 20. 21. Aqu. et LXX Zach. XIII. 1.

ῬΑΝΤΟ'Σ, *aspersus, variegatus.* Speciatim τοῖς ό' ῥαντὰ sunt, quæ ab Hebræis eleganter בְּרֻדִּים dicun- f
tur, i. e. *grandinata,* s. *exiguis maculis albis, grandinis instar, respersa.* נָקֹד, *punctatum.* Gen. XXX. 32. πᾶν διάλευκον καὶ ῥαντὸν ἐν τοῖς ἄρνασι, omne quod albo distinctum et *variegatum* est in agnis. Vide et v. 33. et 35. Hesych. ῥαντὸν, ποικίλον. Ita et Suidas, ad quem ita notat Küsterus: „ Ῥαντὸν proprie *sparsum.* At τροπικῶς notat *rem maculis* vel g
coloribus distinctam, vel *quovis modo variegatam,* qua significatione vox ista crebro occurrit apud LXX Intt., qui vocem Hebr. נָקֹד nunc ῥαντὸν, nunc ποικίλον interpretantur. Pari sensu et apud Latinos *sparsum* interdum accipitur. Seneca de Benef. Lib. IV. c. 6. *tectum nitidius auro et coloribus sparsum,* h. e. *distinctum.* Ovidius de pico ave: h
sparsitque coloribus alas, h. e. *distinxit.*" Conf. Salmasium ad Hist. Aug. Scriptt. T. I. p. 979. ed. Hack. — נְקֻדָּה, *punctum.* Al. Cant. I. 10. ῥαντῶν. — עָקֹד, *maculosum.* Genes. XXX. 35. — Vide alibi σποδοειδής.

*ῬΑ'Ξ. Vide infra s. ῥώξ. Hes. ῥάξ, ῥάγα, ἡ τῆς σταφυλῆς, ἣν ἡμεῖς ῥῶγα καλοῦμεν. Photius: Ῥάξ, θηλυ- i
κῶς ἡ ῥάξ. Ὁ δὲ ῥὼξ καὶ βαρβαρισμὸς καὶ σολοικισμός.

ῬΑΠΙ'ΖΩ, *alapam impingo.* הֵרִים Hiph. a רוּם, *attollo.* Hos. XI. 5. ἔσομαι αὐτοῖς ῥαπίζων ἄνθρωπον (ita enim sec. ed. Compl. legendum est loco ἄνθρωπος, quod reliqui libri habent,) ἐπὶ τὰς σιαγόνας αὐτοῦ, ero illis, sicut percutiens hominem in genas suas. Secundum Cappellum k
in Crit. S. pag. 552. legerunt: בִּמְרִימֵי עַל לְחִיקֶם, extrito עַל, quam tamen conjecturam recte improbat Scharfenbergius, qui eos potius legisse putat בְּמָרֵט, quasi מָרַט significet *alapas infligere alicui.* Ego vero arbitror, eos ita li-

a bere propterea vertisse, quia maxillis, quæ in sequentibus commemorantur, impositionem jugi non satis convenire putaverint, ut adeo proverbium proverbio permutaverint. Vide et 3 Esdr. IV. 30. et Matth. V. 39. Suidas: *ῥαπίσαι, πατάξαι τὴν γνάθον ἁπλῇ τῇ χειρὶ, ὃ λέγουσι καὶ ἐπὶ κόῤῥης.* Confer Suidam in *ἐπὶ κόῤῥης.* Apud Phavorinum v. *ῥαπίσαι* pro
b *ἁπλῇ τῇ χειρὶ* male legitur *ἀπλείστῳ χειρί.* Vide Lex. N. T. s. h. v.

'ΡΑ'ΠΙΣΜΑ, *alapa.* מֹרֵט part. *depilans, pilos evellens.* Ies. L. 6. Voce etiam utuntur Alciphron et Lucianus. Vide Lexic. N. T. s. h. v.

'ΡΑΠΙΣΤΟ'Σ, *alapa percussus.* מְרֻוָּח part. Pyh. a רוּחַ, *perflatilis, ventis pervius.* Jer. XXII. 14. ubi
c tamen pro *ῥαπιστὰ* alii rectius *ῥιπιστὰ* habent, i. e. *εὐρύχωρα.*

'ΡΑΠΤΟ'Σ, *consutus.* טָלוּא, *maculosum.* Ezech. XVI. 16. *εἴδωλα ῥαπτά.* Bielio legendum videtur *ῥαντὰ, variis coloribus distincta,* quia Symmachus transtulit *ποικίλα.* Sed non opus est hac conjectura, modo *ῥαπτὰ* vertatur: *ex multicoloribus pannis consuta.*

d 'ΡΑ'ΠΤΩ, *suo, consuo, sarcino, consarcino.* תָּפַר, idem. Gen. III. 7. Job. XVI. 15. Cohel. III. 7.

'ΡΑΣΙ'Μ, alias *ῥασήμ.* Est ipsa vox Hebr. רָצִים, *cursores, satellites.* 2 Reg. XI. 4. 20.

'ΡΑ'ΣΣΩ, *allido, dejicio.* נָטַשׁ, *desero.* Jerem. XXIII. 33. 39. *λαμβάνω καὶ ῥάσσω ὑμᾶς,* elevo et *dejicio* vos. — שָׂגַב Pih. *extollo.* Ies. IX.
e 11. *ῥάξει ὁ θεὸς τοὺς ἐπανισταμένους ἐπὶ ὄρος Σιὼν, dejiciet* Deus insurgentes adversus montem Sion. N. L. — נָפַל, Hiph. הִפִּיל, *cadere facio.* Dan VIII. 10. sec. cod. Chis. *ἐῤῥάχθη ἐπὶ τὴν γῆν.* Judith. IX. 10. *ῥάξον αὐτῶν τὴν ἰσχὺν ἐν δυνάμει σου, dejice* eorum robur virtute tua. Suidas: *ῥάξαι, ἀντὶ τοῦ καταβαλεῖν. οὕτως Ἀπολλόδωρος.* Judith. XVI. 12. pro *ἐῤῥάχθησαν* reponendum videtur *ἐταράχθησαν,* quod melius respondet *τῷ ἔφριξαν* in antecedentibus. f

'ΡΑΦΑΕΙ'Μ. Ipsa vox Hebraica רְפָאִים, *gigantes.* Aquil. Genes. XIV. 5. Aqu. Symm. 2 Sam. V. 18. 22. Aqu. Job. XXVI. 5.

'ΡΑΦΙΔΕΥΤΗ'Σ, *acupictor.* Vide alibi *ποικιλία.*

*'ΡΑΦΙΔΕΥΤΙΚΟ'Σ. Vide *ῥαφιδευτός.* g

*'ΡΑΦΙΔΕΥΤΟ'Σ, *sutus, consutus, acupictus.* Exod. XXXVII. 21. sec. Vat. ubi sine dubio *τῷ* רֹקֵם respondet, et alii codd. Holm. pro *ῥαφιδευτὰ* habent *ῥαφιδωτὰ* et *ῥαφιδευτικά.*

*'ΡΑΦΙΔΩΤΟ'Σ. Vide *ῥαφιδευτός.*

'ΡΑ'ΧΙΣ, *spina dorsi, tergum.* גֶּרֶם, *os, ossis.* Job. XL. 13. *ῥάχιν.* Olympiod. *σύνδεσμον πάντων τῶν μελῶν.* Hes. *ῥάχις, ἄκρα, ὀσφὺς, ἢ ἄκανθα τοῦ νώτου.* Lex. MS. Bibl. Coislin. pag. 475. h *ῥάχιν, ὀσφὺν, ἢ τὸ νωτιαῖον μέρος ἀκάνθης τῆς νώτου.* Adde Homer. Il. Γ, 208.

'ΡΕ'ΓΧΩ, *sterto, ronchisso.* נִרְדַּם Niph. *somno obruor.* Jon. I. 5. 6. Suidas: *ῥέγχουσι. τοῦτο ποιοῦσιν οἱ βαθέως καθεύδοντες.* Attici pro *ῥέγχειν* dicunt *ῥέγκειν.* Thomas Mag. *Ῥέγχει, οὐδεὶς τῶν Ἀττικῶν, ἀλλὰ ῥέγκω.* Idem subjungit statim verba hæc Aristophanis: *οἱ δ' οἰκέται ῥέγκουσι.* Occurrunt initio Nubium, ad quæ confer i Scholiastam.

'ΡΕΓ'ΘΡΟΝ, pro *ῥεῖθρον* per syncopen, *alveus, flumen, fluvius* ac omne *fluentum.* יְאֹר. Aqu. Exod. VII. 19. 24. Symm. Job. XXVIII. 10. — מַיִם plur. *aquæ.* Aqu. Ex. VII. 19. — נֹזְלִים plur. Symm. Psalm. LXXVII. 44. — נַחַל, *torrens.* Symm. Job. XX. 17. *ῥεῖθρα.* — שִׁבֹּלֶת. Symm. Psalm. LXVIII. 3. Ies. XXVII. 12. Hesych. *ῥέεθρα, ῥεῖθρα, ῥεύματα.*

a 'ΡΕΜΒΑ'Σ ΓΥΝΗ', *mulier vaga.* Al. Sir. XXVI. 9. coll. Prov. VII. 12. Conf. quoque Fesselii Advers. Sacr. Lib. II. c. 17. p. 137.

'ΡΕΜΒΑΣΜΟ'Σ, *circumagitatio, gyratio, vertigo, turbo,* unde ῥεμβὼν est *funda, quæ lapidem rotando jacit.* Sap. IV. 12. Vulg. *inconstantia,* sc. *concupiscentiæ,* h. e. concupiscentia magna et effrenata. Grotius vertit:
b *vertiginem cupidinis.* Phavorino est ἀχαλίνωτος ἔννοια, καὶ ζωῆς ἀφανισμός. Idem tradit Zonaras Lexic. 1608. Vide Gataker. ad Antonin. II. 7. et Suicer. in Thes. v. ῥέμβομαι.

'ΡΕΜΒΕΥ'Ω, *circumago, vagor, fluctuo.* סָבַב. Ies. XXIII. 16. ῥέμβευσον πόλιν, *circui* urbem. Meibomius legere mavult ῥέμβε ἐν πόλει. — שְׁבָב, *fragmentum.* Ed. Quinta
c Hos. VIII. 6. ῥεμβεύων, cujus auctor plerisque Intt. legisse videtur סְבָבִים, nonnullis vero שֹׁבֵב. Hieronymus, qui transtulit *errantibus,* rationem hujus versionis reddidisse videtur verbis: *Nos ab Hebræo didicimus, proprie* שְׁבָבִים *nominari aranearum fila per aërem volantia.* Etiam reliqui Intt. Vett. Græci, Symmach. Theod. et LXX, vocem
d Hebr. de *errore, instabilitate* et *seductione* acceperunt, in qua notione reperitur Ies. XLVII. 10. et Jer. L. 6. Vide quoque supra s. v. ἀκαταστατέω et πλανάω.

'ΡΕ'ΜΒΩ, *in gyrum circumago,* vel simpliciter, *circumago, circumvolvo.* 'Ρέμβομαι, *vagor, erro.* עָטָה, *obvelo.* Symm. Cant. I. 7. ῥεμβομένη, ubi plerisque videtur legisse כְּטֹעִיָה
e cum Syro. Buxtorfius in Anticrit. autem statuit, eum cum Judæis commentatoribus עֹטְיָה accepisse, quasi trajectis literis legeretur טֹעִיָה, quod in l. Arab. et Syr. *vagari* notat. Vulgat. *ne vagari incipiam.* Equidem sumere mallem, עָטָה habuisse olim notionem *vagandi* et *cum impetu discursitandi,* petitam ab עִיט, quod *cum impetu ferri* significat. Idem valet de Aqu. f
Symm. Psalm. LVIII. 15. ῥεμβόμενοι. — שׂוּג, *retrocedo, averto me.* Symm. Psalm. CXVIII. 118. ῥεμβομένους. Legitur præterea Proverb. VII. 12. ubi de meretrice dicitur ἔξω ῥέμβεται, et in textu Hebr. κατὰ τὸ ῥητὸν nihil pro hoc verbo legitur. Hesych. ῥέμβεται, πλανᾶται, γυρεύει. Ad hanc vocem etiam ab haud paucis Criticis refertur vox ἐρεμέοντο, g
quam, tanquam a Symmacho profectam, 1 Sam. XXIII. 13. ad verbum וַיִּתְהַלְּכוּ e cod. Coislin. protulit Montfauconius (qui transtulit *quiescebant,* h. e. *sedes figebant,* quasi esset ἠρεμέοντο). Sed est sane vocabulum nihili, cujus loco Valckenarius ad Eurip. Phœn. pag. 147. ἐρέμβοντο reponendum esse præclare vidit, quod et ipse Vulgatus verbo h
vagatur expressit. Phavorinus ex Suida: ἐρέμβοντο, ἀπεπλανῶντο. Aliquando conjiciebam, legendum esse ἠρημοῦντο, h. e. *in locis desertis habitabant,* ut scil. eo melius laterent, quod seriei orationis est admodum conveniens. Sed an ἐρημοῦσθαι per usum loquendi ita accipi possit, ut sit i. q. ἐρημάζειν, locis idoneis evincere nequeo. i

'ΡΕΥ͂ΜΑ, *fluentum.* Sir. XXXIX. 16. ἐπὶ ῥεύματος ὑγροῦ, juxta rivos aquarum, h. e. in prato fertili.

*'ΡΕΥ͂ΣΙΣ, *fluxus,* i. q. ῥύσις. זוֹב, idem. Lev. XV. 25. ῥεύσει, sec. cod. Alex. ubi alii ῥύσει.

'ΡΕ'Ω, *dico, loquor.* אָמַר. Gen. XV. 13. Num. XXIII. 23. et alibi. — דָּבַר. Gen. XLV. 27. Vide et Susann. v. 26. k

'ΡΕ'Ω, *fluo, affluo, abundo,* etiam active, *fundo, effundo,* i. q. χέω. Conf. Burmanni Diss. de Jove Fulgeratore cap. 4. et Eurip. Hec. v. 528. אֶבֶן, *lapis.* Job. XXXVIII. 30. ὥσπερ ὕδωρ ῥέον, ubi אֶבֶן de *guttis*

a accepisse videntur, quemadmodum eadem vox proverbialiter de *magna copia* etiam aliarum rerum, v. c. auri et argenti, adhibetur, v. c. 2 Paral. I. 15. IX. 28. 1 Reg. X. 27. — זוּב. Exod. III. 8. εἰς τὴν γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι, in terram fluentem, h. e. *valde abundantem* lacte et melle. Similiter Eurip. Bacch. v. 143. seq. ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ
b δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσᾶν νέκταρι. Confer et quae ex aliis affert Steph. le Moyne Obss. ad Var. Sacr. p. 602. seq. Lev. XV. 3. XX. 24. et alibi saepius. — *זוֹב, *fluxus*. Inc. Lev. XV. 2. — *זָב, *fluens*. Inc. Levit. XXII. 4. — יָבָל, *fluvius*. Ies. XLIV. 4. — נוּב, *abunde profero*. Psalm. LXI. 10. πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, divitiae si *affluant*. Non legerunt
c יָזוּב, ut conjecit Cappellus, quem quoque secutus est Rosenmüllerus ad h. l., sed, ut jam Buxtorfius in Anticrit. p. 641. recte observavit, ῥέειν pariter ac נוב in notione metaphorica acceperunt, ut sit *abunde affluere*. Vulg. *divitiae si affluant*. — נָזַל. Cant. IV. 16. Jerem. IX. 17. — *עָלִיל, *clibanus*. Hebraeus Int. Psalm. XI. 7. ῥέον ἐν τῇ γῇ, *fluens in*
d *terra*, h. e. *in ipsa terra liquatum*, pro בַּעֲלִיל לָאָרֶץ. Si recte se habet nota haec hexaplaris, respexit notionem primariam vocis עָלַל, *iteravit, repetitis vicibus fecit aliquid*. Suspicor tamen, ῥέον h. l. pariter ac χωροῦν apud Aquilam ad sequens מוּזָקָק, *fusum*, referendum esse. Confer tamen ad h. l. Rosenmüllerum. Sir. XLVI. 11. ῥέον γάλα
e καὶ μέλι, ubi ῥέειν sensu Hiphilico notat *fluere facere*. Baruch. I. 20.

'ΡΗ͂ΓΜΑ, *fragmentum, ruptura, fissura, pars*. בְּקִיעִים plur. Amos VI. 11. Adde Inc. Ies. XXII. 9. — קְרָעִים plur. 2 Reg. II. 12. διέῤῥηξεν αὐτὰ εἰς δύο ῥήγματα, disrumpebat illa in duas *partes*. Vide et 1 Reg. XI. 30. 31. — *שְׁבָטִים, *tribus*. 1 Reg. XI. 31. sec. cod. Alex. ubi ῥήγματα sunt *tribus avulsae a reliquis*. Bene usus est Inc. f
Interpres hac voce in hac significatione, quia in antecedentibus legitur ῥήσσειν τὴν βασιλείαν. Hesych. ῥήγματα, σχίσματα.

'ΡΗΓΝΥΜΙ, vel 'ΡΗΓΝΥ'Ω, it. 'ΡΗ'ΣΣΩ, *frango, rumpo, disrumpo, perrumpo, scindo, findo, lacero, avello, aperio*, item: *erumpere facio, resono*. בָּקַע, *scindo, findo*. Gen. VII. 11. ἐῤῥάγησαν πᾶσαι αἱ πηγαὶ τῆς ἀβύσσου, *aperiebantur* omnes fontes abyssi. g
Vide et Prov. III. 20. Ies. XXXV. 6. Num. XVI. 31. ἐῤῥάγη ἡ γῆ ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτῶν, *findebatur* terra sub pedibus illorum. Hesych. ἐῤῥάγη, ἐσπάσθη, ἐσχίσθη, ἠνοίχθη. Jos. IX. 13. οὗτοι (ἀσκοὶ) ἐῤῥώγασι, hi (utres) *disrupti* sunt. Hesych. ἐῤῥώγασιν, ἐσχίσθησαν. Sic enim legendum pro ἐσχίσθωσαν ex Suida. et vox ὑγιαίνουσιν, quae additur, litura sananda est: vel dicendum, quod aliam vocem, quae h
exciderit, et fortasse ἐῤῥωνται exponat. Conf. Marc. II. 22. 1 Reg. I. 40. ἐῤῥάγη ἡ γῆ ἐν τῇ φωνῇ αὐτῶν, *resonabat* terra voce illorum. 2 Reg. XXIV. 24. ἐῤῥάγη ἡ πόλις, perrumpebatur urbs. Vide et Jer. XXXIX. 2. Ies. LVIII. 8. ῥαγήσεται πρώϊμον τὸ φῶς σου, *erumpet* lux tua matutina. Quae verba Suidas in v. ῥαγῶσαι adducens ῥαγήσεται interpretatur τιμηθήσεται, *erumpet*. Zonaras autem in i
Lex. 1607. ἐκπηδήσει. Ies. LIX. 5. ᾠὰ ἀσπίδων ἔῤῥηξαν, *ova* aspidum *fregerunt*, seu potius *excludunt*. Ita quoque Theodotion. Apud utrumque ῥήσσειν de *foetu* dicitur, *qui rumpendo excluditur*. Ezech. XIII. 13. ῥήξω πνοὴν ἐξαίρουσαν, *erumpere faciam* ventum perdentem. Adde Symm. Ies. LXIII. 12. et eundem Psalm. CXL. 8. — *בָּקַק, *vacuo, evacuo*. Symm. Ies. XIX. 3. נָבְקָה, *evacuabitur*, ῥαγήσεται. Vulg. *evacua-*

a *bitur*. Hieronymus: *dirumpetur*.
Videtur retulisse ad Arab. נָבַק,
crepuit, ut sit præter. Kal. Confer
Schultensii Institutt. L. Hebr. p.
332. et Boysenium in Symbolis p.
323. Vide quoque infra s. v. σχίζω.
Cappello legisse videtur נִבְקְעָה. —
הָרַס, *diruo*. Ezech. XXXVIII. 20.
— הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *reverti facio*.
Job. XV. 13. θυμὸν ἔῤῥηξας ἔναντι κυ-
b ρίου animum *erumpere fecisti* coram
Domino, h. e. contra Deum animi
tui impetum vertis. — נָטַשׁ, *dimitto*.
Ies. XXXIII. 23. ἐῤῥάγησαν τὰ σχοι-
νία σου, *rupti sunt* funes tui. —
נָתַק, *avello*. Job. XVII. 11. ἐῤῥάγη
δὲ τὰ ἄρθρα τῆς καρδίας μου, *scissæ*
vero *sunt* arteriæ cordis mei. Ies. V.
27. οὐδὲ μὴ ῥαγῶσιν οἱ ἱμάντες τῶν ὑπο-
δημάτων αὐτῶν, neque *avellantur* cor-
c rigiæ calceamentorum. — פָּצַח, *so-
nitum edo*. Ies. XLIX. 13. ῥηξάτωσαν
τὰ ὄρη εὐφροσύνην, *resonent* montes læ-
titia. Vide et Ies. LII. 9. ῥηξάτω
εὐφροσύνην, facite prorumpere læti-
tiam. Ies. LIV. 1. ῥῆξον (scil. φωνὴν)
καὶ βόησον, *rumpe vocem* (Virgil. Æn.
II. v. 129.) et clama. Fortasse tamen
h. l. positum est pro ῥῆξον βοήν. Cf.
φωνὴν ῥήγνυμι infra. Addit quoque
d φωνὴν Aristophanes Nubib. v. 963.
ῥῆξον φωνὴν, ἥτινι χαίρεις, καὶ τὴν σαυ-
τοῦ φύσιν εἰπέ. Ad quem locum re-
spiciens Suidas ῥῆξον φωνὴν interpre-
tatur διάτορον καὶ ἰσχυρὸν εἰπέ. Sic et
Herodotus ῥήσσειν φωνὴν, et Virgilius
rumpere vocem dicunt. Vide Raphe-
lii Annotatt. ex Herodoto ad Gal.
IV. 27. p. 520. Hesychius ῥῆξαι
dici observat ἀντὶ τοῦ ἐκρῆξαι φωνήν.
e Idem: ῥηξάτω, κραξάτω. — קָרַע,
findo, lacero. 1 Reg. XI. 31. ἐγὼ
ῥήσσω τὴν βασιλείαν ἐκ χειρὸς Σολομῶν-
τος, ego *avello* regnum a manu Sa-
lomonis. Confer 1 Reg. XIV. 8.
2 Reg. XVII. 21. Job. II. 12. ἔ-
κλαυσαν ῥήξαντες ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ στο-
λὴν, fleverunt, et unusquisque *lace-
ravit* stolam suam. Adde Aqu. Ps.
XXXIV. 6. — רִטֵּשׁ Pih. *allido*.
Ies. XIII. 16. τὰ τέκνα αὐτῶν ῥήξου-
σιν ἐνώπιον αὐτῶν, liberos illorum terræ f
allident coram illis. 'Ρήσσειν pro *de-
jicere, solo allidere* est verbum *pa-
læstræ*. Vide Salmasium ad Achill.
Tat. p. 657. et Pauw. ad Horapoll.
p. 377. — *שָׁגַב. Ies. IX. 11. ῥήξει
sec. ed. Compl. ubi tamen alii libri
ῥάξει. Sirac. XIX. 9. οὐ μή σε ῥήξει,
non te *dirumpet*, coll. Job. XXXII.
18. Hesych. ῥήγνυται, διαιρεῖται, κατα-
κόπτεται. Idem: ῥῆξαι, διελεῖν, κατα-
βαλεῖν, ἀπολῦσαι, κράξαι. Rursus g
idem: ῥῆξε, διέῤῥηξε, κατέβαλεν, ἔκρα-
ξεν, ἀπέλυσεν, διέκοψεν.

'ΡΗ͂ΜΑ, *verbum, sermo, res, præ-
ceptum, mandatum*. אָמַר. Deuter.
XXXII. 1. Job. VI. 10. 25. 26.
XXII. 22. et alibi. — אִמְרָה. Deut.
XXXII. 2. Psalm. XVI. 7. Thren.
II. 17. — *אַף, *nasus*. Job. XXVII.
12. sec. cod. Alex. ἐν ῥήμασιν. Lege:
ἐν ῥισίν. — *אֹתוֹת, *signa*. Exod. IX.
28. sec. Vatic. ῥήματα. Num legen- h
dum est σήματα? Certe reliqui libri
σημεῖα habent. Vide ad h. l. Schar-
fenbergium. — *דֶּבֶר, *pestis*. Aqu.
Ps. XC. 6. Legit דָּבָר. — דָּבָר.
Gen. XV. 1. μετὰ δὲ τὰ ῥήματα ταῦτα,
post has autem *res*, vel: cum hæc
gesta essent. Ita etiam Esdr. VII.
1. Gen. XVIII. 14. μὴ ἀδυνατεῖ παρὰ
Θεῷ ῥῆμα; num impossibilis erit *res
quædam* apud Deum? Vide et Deut.
XVII. 8. et conf. Luc. I. 37. et ad i
h. l. auctores Wolfio p. 564. citatos.
Deut. II. 7. οὐκ ἐπεδεήθης ῥήματος,
non indiguisti aliqua *re*. Deut. XV.
10. διὰ τὸ ῥῆμα τοῦτο εὐλογήσει σε κύ-
ριος, propter hanc *rem* benedicet
tibi Dominus. 1 Sam. IV. 17. τί τὸ
γεγονὸς ῥῆμα; quænam *res*, quæ
facta est? Conf. Act. X. 37. 1 Sam.
XII. 16. ἴδετε τὸ ῥῆμα τὸ μέγα τοῦτο,
videte *rem* hanc magnam. Confer
Luc. II. 15. Sic et apud Platonem
Lib. VII. de Leg. p. 885. et Sopho-

a clem in Electra *ῥῆμα rem* denotare observat Georgius in Vindic. N. T. Lib. II. c. 1. §. 31. p. 76. Similiter ἔπος et λόγος pro *re* et *facto* Græci accipere solent. Vide Wolfium ad Luc. II. 15. p. 584. Deut. IV. 13. τὰ δέκα ῥήματα, decem *præcepta*. — דִּבֵּר Pih. *dico*. 2 Reg. XXIV. 13. Jerem. IX. 8. — חָזוּת, *visio*. Ies. XXIX. 11. ubi tamen pro τὰ ῥήματα
b rectius fortasse legitur τὰ ὁράματα. Confer Dan. I. 17. — *לַעַג, *subsannatio, irrisio*. Symmach. Psalm. XXXIV. 16. ῥήμασι πεπλασμένοις sec. libros nonnullos. In aliis legitur φθέγμασι. Libere vertit. Vide tamen supra ad πλάσσω. — לָשׁוֹן, *lingua*, etiam *id quod lingua profertur*. Job. XV. 5. — מַאֲמַר Chald. Esdr. VI. 9. Dan. IV. 14. — מוֹפֵת, *prodi-*
c *gium*. 1 Reg. XIII. 3. — מִלָּה. Job. IV. 4. ἀσθενοῦντάς τε ἐξανέστησας ῥήμασι, infirmos sermonibus, scil. *solatio plenis*, erexisti. Vide et Job. VI. 26. XIII. 17. et confer Sirac. XLI. 19. ac Raphelii Annotatt. ad Luc. II. 50. p. 85. — מִלָּה : מִלְּתָא Chald. Dan. II. 8. ἀπέστη ἀπ' ἐμοῦ ῥῆμα, *res* ex memoria mea excidit. Vide et v. 9. 16. 23. — מִצְוָה, *præ-*
d *ceptum*. Prov. III. 1. τὰ δὲ ῥήματά μου τηρείτω σὴ καρδία, *præcepta* autem mea cor tuum custodiat. — מַשָּׂא, *onus, vaticinium*. Ies. XV. 1. XVII. 1. — עָוֹן, *iniquitas*. Job. XV. 5. — פֶּה, *os, oris*, etiam *sermo ore prolatus*. Num. XXXIII. 2. διὰ ῥήματος κυρίου, per *mandatum* Domini. Vide et Deut. XXXIV. 5. Deut. I. 26. ἠπειθήσατε τῷ ῥήματι κυρίου, non obe-
e diebatis *mandato* Domini. Vide et Deut. IX. 23. et confer Luc. V. 5. — פִּתְגָּם : פִּתְגָּמָא Chald. *narratio*. Esdr. V. 7. 11. VI. 11. Dan. III. 16. — *רִיר, *saliva, albumen*. Job. VI. 6. ἐν ῥήμασι. Legerunt בִּדְבָרַי loco רִיר, aut potius interpretationem suam addiderunt: nam ῥήματα κενὰ bene comparari possunt cum albo ovi, in quo nullus est sapor. — שׁוּחָה, *fovea*. Jerem. XVIII. 20. Hic aperte legerunt f
שִׂיחָה: nam שׂוּחַ est *meditari* et *loqui*. Vide quoque ib. v. 22. — שִׂיחַ, *meditatio*. Job. X. 1. — שִׂיחָה, idem. Job. XV. 4. — שָׂפָה, *labium, sermo*. Prov. X. 20. — *תּוֹרָה, *lex*. Aqu. Ps. CXVIII. 55. τὰ ῥήματά σου. Præterea legitur apud Inc. 1 Reg. XIV. 1. coll. v. 2. ubi ῥῆμα κυρίου μετά τινός ἐστι notat *oraculum divinum contigit alicui*. Dan. I. 27. ῥήματι delendum esse videtur, or- g
tum ex ὁράματι incuria librariorum, Sirac. XII. 12. ἐπὶ τῶν ῥημάτων μου, quod hæc *præcepta* et *monita* mea non attenderis et respexeris.

ΕἼΠΩ ΤΙ ῬΗ͂ΜΑ ΠΡΟ΄Σ ΤΙΝΑ, *dico verbum quoddam adversus aliquem, maledico*. בָּרַךְ, *benedico*, etiam *maledico*. Job. II. 9. ubi quod est εἰπεῖν τὶ ῥῆμα πρὸς τινὰ, alias est κακῶς εἰπεῖν vel κακῶς ἐρεῖν τινα.

ῬΗ͂ΜΑ ΠΟΝΗΡΟ΄Ν, *verbum malum, malus rumor*. דִּבָּה, *fama* h
mala. Num. XIV. 36. ἐξενέγκαι ῥήματα πονηρὰ περὶ τῆς γῆς, ut *malum rumorem* efferrent de terra. Latinus vertit: *detrahentes terræ, quod esset mala*. — Vide quoque alibi κενός.

ῬΗ͂ΣΙΣ, *dictio, dictum, sermo, sententia prolata, promissio, mandatum, præceptum*. אֵמֶר. Prov. II. 1. IV. 5. XV. 27. XIX. 27. μελετήσει ῥήσεις κακὰς, in *rerum* malarum me- i
ditatione et exercitatione defigetur. Legerunt בְּאִמְרֵי רָעָה. In notione *promissionis* legitur pro eadem voce apud Symmachum Psalm. LXXVI. 9. Adde eundem Psalm. XVIII. 4. — אִמְרָה. Symm. Psalm. XVII. 33. — דָּבָר. Prov. I. 6. IV. 20. XV.

a 27. Præterea legitur Prov. I. 23. ἰδοὺ προήσομαι ὑμῖν ἐμῆς πνοῆς ῥῆσιν, ubi huic voci κατὰ τὸ ῥητὸν nihil in textu Hebr. respondet, et pro ῥῆσιν legere mallem ῥεῦσιν, quod melius convenit cum vocabulo προήσομαι, *emittam, effundam*, et exprimit vim vocis אַבִּיעָה, quæ in l. Chald. et Arab. notat *more scaturiginis effundam.*

ῬΗ΄ΣΕΙΣ ΣΕΜΝΑΙ΄, *dictiones gra-*
b *ves, honestæ.* חֲלֵב עִזִּים, *lac caprarum.* Prov. XXVII. 27. Ita Bielius. Ῥῆσις ad nullum aliam vocem commode transferri potest, quam ad דַּי, *satis*, ita ut legatur ῥεῦσις, a ῥέω, *fluo.* Cæterum post ῥεῦσις omissum est γάλακτος.

ῬΗ΄ΣΣΩ. Vide supra in ῥήγνυμι.

ῬΗΤΙ΄ΝΗ, *resina, humor liquidus et oleaginosus, ex planta sponte dif-*
c *fluens.* צֳרִי : צְרִי, *balsamum.* Gen. XXXVII. 24. XLIII. 11. Jerem. VIII. 22. Ezech. XXVII. 17.

ῬΗΤΑ΄, *dicta.* דְּבָרִים. Aquila Prov. XXXI. 1.

ῬΗΤΟ΄Ν, *dictum, aliquid.* דָּבָר. Exod. IX. 4. οὐ τελευτήσει ἀπὸ πάντων τῶν κτηνῶν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ῥητὸν, non morietur *aliquid* de omnibus jumentis filiorum Israël, vel, ut Lati-
d nus reddit: *nihil omnino morietur.* Exod. XXII. 8. κατὰ πᾶν ῥητὸν ἀδίκημα, de quacunque injuria.

*ῬΗΧΑ΄Β. Jud. I. 19. Credebant, רֶכֶב, *currus*, esse nomen proprium hominis, a quo orti sunt *Rechabitæ*, רְכָבִים, Jer. XXXV. 2.

ῬΙ΄ΓΟΣ, *rigor, frigus vehemens*, item *horror febrilis.* דַּלֶּקֶת, *febris*
e *ardens.* Deut. XXVIII. 22. καὶ πυρετῷ καὶ ῥίγει. Sc. putarunt, ita vertendum esse, ut דַּלֶּקֶת a קַדַּחַת distinguatur, quanquam utraque vox *febrem ardentem* significat. Suidas: ῥίγιον, νόσος, καὶ ῥῖγος, ἡ νόσος καὶ ὁ φόβος.

ῬΙ΄ΖΑ, *radix.* אֵב, *viror.* Job. VIII. 12. ἔτι ὢν ἐπὶ ῥίζης, cum adhuc in sua radice consistat, h. e. sit in flore aut virore suo. Sensu eodem. f
— גֶּזַע, *truncus succisus.* Ies. XI. 1. XL. 24. — *כֵּן, *basis.* Dan. XI. 20. sec. cod. Chis. — מְכוֹרָה, *commercium.* Ezech. XVI. 3. Legerunt aperte מְכוֹנָה· — נִצְבְּתָא Chald. emph. *firmitas, durities talis, qualis esse solet ferri.* Dan. II. 41. ἀπὸ τῆς ῥίζης τῆς σιδηρᾶς, de *plantario*, h. e. *planta ferri.* Ex usu l. Syr. coll. Matth. XXI. 33. et XV. 13. — g
שֹׁרֶשׁ, *radix.* Deuter. XXIX. 18. Job. XIII. 27. XIX. 28. et alibi sæpius. Interdum notat *id quod primum s. summum est in aliqua re.* Sir. I. 25. ῥίζα σοφίας φοβεῖσθαι τὸν κύριον, *summa* sapientia est sancte colere Deum, i. q. v. 22. στέφανος σοφίας. Syrus ܪܫܐ. Alii: radix, cui immissa est, et ex qua augmen et nutrimentum suum capit vera sa- h
pientia. — Ῥίζαι, *posteri, posteritas.* Sirac. XL. 15. (ubi cum ἔκγονα permutatur) XLVII. 26. (ubi est i. q. κατάλειμμα). 1 Maccab. I. 11. ῥίζα ἁμαρτωλός: ubi in Cod. Bessarionis VIII. reperitur ἀνὴρ ἁ. 3 Esdr. VIII. 89. ubi est i. q. σπέρμα. Ita et Christus Apoc. V. 5. XXII. 26. appellatur ἡ ῥίζα Δαβὶδ ad imitationem Hebr. שֹׁרֶשׁ Ies. XI. 10. LIII. i
2. Judith. VI. 19. ῥίζα τοῦ ὄρους, *radices montis.* Sirac. I. 6. ῥίζα σοφίας, *origo sapientiæ*, coll. 4. 8. 9. Sap. XV. 5. ῥίζα ἀθανασίας, *causa efficiens* immortalitatis. Tob. V. 14. ἐκ ῥίζης καλῆς εἶ, nobili *familia* oriundus es. Conf. v. 13. De *statu prospero* et *firma felicitate* legitur Sap. I. 15. Sir. XXIII. 25. nam arbor, quæ multas et altas egit radices, est fir- k
miter posita.

ἘΚ ῬΙΖΩ΄Ν ἈΠΟ΄ΛΛΥΜΙ, *a radicibus s. radicitus perdo.* שֵׁרֵשׁ Pih. *eradico.* Job. XXXI. 12.

a 'ΡΙ'ΖΑΝ ΒΑ'ΛΛΩ, *radicem facio, radices ago.* הִשְׁרִישׁ Hiph. idem. Job. V. 3.

'ΡΙΖΟ'Ω, *radices ago, radicor.* שֵׁרֵשׁ Pih. Ies. XL. 24. Jerem. XII. 2. Symm. Job. XXXI. 8. ῥιζωθείη. Aqu. Symm. Theod. Ies. XXVII. 6. Vide et Sir. III. 27. XXIV. 13. ἐῤῥίζωσα, *fixam sedem habui.*

'ΡΙ'ΖΩΜΑ, *radicamentum, radix, quod radices egit, fixis radicibus sta-* b *bilitum.* שֵׁרֵשׁ Pih. *erudico.* Psalm. LI. 5. Legerunt שָׁרְשְׁךָ, a שֹׁרֶשׁ, *radix.* — שֹׁרֶשׁ, *radix.* Job. XXXVI. 30.

*'ΡΙ'ΖΩΣΙΣ, *radicum emissio.* Ez. XVII. 5. λαβεῖν ῥίζωσιν φυτὸν sec. Compl. ubi κατὰ τὸ ῥητὸν nihil in textu Hebr. legitur.

'ΡΙ'Ν, *nasus, nares.* אַף. Job. c XXVII. 3. XL. 19. Ps. CXIII. 14. et alibi. — לָשׁוֹן, *lingua.* Job. XL. 20. In mente fortasse habuerunt locum Ies. XXXVII. 29. 1 Macc. II. 24. ἀνήνεγκε θυμὸν κατὰ τὴν ῥῖνα. Vide s. v. κρίμα.

'ΡΙΝΟ'ΚΕΡΩΣ, *rhinoceros, animal cornu unum in naso gestans.* רְאֵם, idem. Aqu. Job. XXXIX. 9. Conf. Bocharti Hieroz. P. I. Lib. III. c. d 27. p. 950.

'ΡΙΝΟ'ΚΟΥΡΑ plur., alias 'Ρινοκόρουρα (Scribitur etiam 'Ρινοκούρουρα apud Steph. Byz. p. 654. B.), it. 'Ρινοκόλουρα, *fluvius, qui Ægyptum a Palæstina disterminat.* Hebr. dictus שִׁיחוֹר, Jos. XIII. 3. et נַחַל מִצְרַיִם *torrens Ægypti,* Ies. XXVII. 12. Cf. Michaëlis Supplem. p. 1627.

'ΡΙ'Ξ, *ligo.* אֵת, idem. Incert. e 1 Sam. XIII. 21. ῥύξιν.

*'ΡΙΠΙ'ΖΩ, *flabello ventum facio, ventilo,* et ex adjuncto *dispergo.* נְשָׂא Chald. *fero, aufero,* it. *dispergo.* Dan. II. 35. ἐῤῥίπισεν αὐτὰ ὁ ἄνεμος. Hesychius: ῥιπίζει, φυσᾷ, πνεῖ, πνοὴν τίμωσι, ἀνακαίει.

'ΡΙΠΙΣΤΟ'Σ, *qui ventilari potest, qui ventilatione refrigeratur, perflatilis, ventis pervius et expositus.* מְרֻוָּח part. Pyh. a רָוַח. Al. Jerem. f XXII. 14. ὑπερῷα ῥιπιστὰ, cœnacula *ventis pervia,* ubi alii εὐρύχωρα habent. Apuleius Metam. L. IV. p. 75. *domus tuæ patulum ac* perflatilem *locum:* ubi vid. Pricæum pag. 207. Hesych. ῥιπιστὰ, διαπνεόμενα.

'ΡΙΠΤΩ et 'ΡΙΠΤΕ'Ω, *projicio, abjicio, disjicio, prosterno.* *הִפִּיל Hiph. a נָפַל, *cadere facio.* Theodot. Jerem. XLII. 9. ubi quia de preci- g bus sermo est, ῥίπτειν per *offerre* vertendum est, sed adjuncta notione *humiliationis.* — הִשְׁלִיךְ Hiph. a שָׁלַךְ. Ies. XXXIV. 3. οἱ δὲ τραυματίαι αὐτῶν ῥιφήσονται, vulnerati eorum *hinc inde disjecti jacebunt.* Jerem. XIV. 16. ἔσονται ἐῤῥιμμένοι ἐν ταῖς ὁδοῖς, *disjecti erunt* in viis. Ita 1 Macc. XI. 4. σώματα ἐῤῥιμμένα sunt cadavera *hinc inde disjecta.* Matth. IX. h 36. ἐκλελυμένοι καὶ ἐῤῥιμμένοι ὡσεὶ πρόβατα, lassi et *hinc inde disjecti* tanquam oves. Inc. Cohel. III. 5. — *הִתְרְמֵא Chald. Ithpeh. a רְמָא, *abjicior.* Dan. VI. 7. et 12. sec. cod. Chis. — זָרַק, *spargo.* 2 Par. XXXIV. 4. — יָרָה. Exod. XV. 4. τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν, exercitum ejus *projecit* in mare. — יָרַט, *inclino.* Job. XVI. 11. ubi i tamen dubium est, an יִרְטֵנִי a יָרַט, aut potius a רָמָה derivandum sit. Potest autem utrumque locum habere. Nam יָרַט notat *præcipitare,* et רָמָה est *projicere, dejicere,* ac fere semper in malam partem adhibetur. — כָּסַח, *succido,* it. *converro.* Ies. XXXIII. 12. ἄκανθα ἐν ἀγρῷ ἐῤῥιμμένη, spina in agro *disjecta.* — נָדַם Niph. a דָּמַם, *exscindor.* Jerem. L. 30. οἱ πολεμισταὶ αὐτῆς ῥιφθήσονται,

a bellatores ejus prosternentur: ubi sine dubio loco Daleth legerunt Resch. Conf. supra s. הִתְרַמֵּא. — נָפַל : הִפִּיל, Kal et Hiph. Jud. IV. 22. ἐῤῥιμμένος νεκρὸς, *projectus* mortuus. Jerem. XXXVIII. 26. ῥίπτω ἐγὼ τὸ ἔλεός μου κατ' ὀφθαλμοὺς τοῦ βασιλέως, *prosterno* ego *supplicationem* meam coram rege, h. e. *prostrato corpore misericordiam ejus im-*
b *ploro*. Vide et Dan. IX. 18. 20. ac supra s. הִפִּיל. — צָנַף, *circumvolvo*. Ies. XXII. 18. — *קָסַם, *divino*. Hebr. Int. Ezech. XXI. 21. ῥίψαι, qua voce exprimere voluit certum divinationis genus, quod βελομαντεία dicitur: coll. Arab. قسم, *sagittis sortibusque diremit*. Vide supra s. ῥάβδος. — רָמָה. Exod. XV. 1. 21. ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔῤῥιψεν εἰς θάλασ-
c σαν, equum et equitem *projecit* in mare. — שָׁלַח, *mitto*. Jerem. XXXVIII. 11. ἔῤῥιψεν αὐτὰ (ῥάκη) πρὸς 'Ιερεμίαν εἰς τὸν λάκκον, *projecit* illos (panniculos) ad Jeremiam in foveam. — שָׁמַט, *deturbo*. Al. 2 Reg. IX. 33. 1 Macc. V. 43. ἔῤῥιψαν τὰ ὅπλα αὐτῶν, *abjecerunt* arma sua. Vide et 1 Macc. VII. 44. XI. 51. Sir. X. 9. ὅτι ἐν ζωῇ ἔῤῥιψαν τὰ
d ἐνδόσθια αὐτοῦ, quia in vita *projecerunt* intestina ejus. Sic enim ex Rom. et Ald. Ed. legendum censet Kühnius Quæst. Philol. Pent. I. p. 10. ubi et ellipticam ibi orationem esse putat, nec nominari, quid intestina hominis projiciant, quemadmodum alias Græci ἀποδιδόναι, ἀποσκευάζεσθαι, ἀποβάλλειν de *excrementorum ejectione* usurpare soleant.

e 'ΡΙ'Σ, *nasus*. אַף, idem. Symm. Job. XL. 19.

'ΡΟΑ' et 'ΡΟΙΑ', *malus punica*, item *malum punicum, malogranatum*. רִמּוֹן. Numer. XIII. 24. XX. 5. Deut. VIII. 8. et alibi sæpius. Adde Hebr. Int. Cant. IV. 13.

"ΑΝΘΟΣ 'ΕΝ 'ΡΟΑ͂, *flos in malogranato*. דָּם, *quies*, it. *similitudo*. Ezech. XIX. 10. ὡς ἄνθος ἐν ῥοᾷ. Apparet, eos legisse כְּרִמּוֹן, ex simi- f
litudine literarum ב et כ, item ד et ר. Hieronymus *sanguinem* hic intellegit de flore purpurei coloris, qui sanguini similis est, qualis ferme est flos malogranatorum. Cæterum vide ad h. l. Dathium.

*'ΡΟ'ΔΙΟΣ, *Rhodius*. דְּדָן, *Dedan*. Ezech. XXVII. 15. Legerunt רֹדָן, *Rhodon*, unde *Rhodus* insula.

'ΡΟ'ΔΟΝ, *rosa*. *דַּר, *parium*. g
Esth. I. 6. Legerunt inversis literis רד, quæ vox in l. Chald. et Arab. *rosas* notat. Arab. ورد est *rosa*. Conf. Fulleri Miscell. SS. Lib. V. c. 6. Adde Sap. II. 8. Sir. XXIV. 15.

*'ΡΟΔΟΦΟ'ΡΟΣ, ἡ, *rosifera, rosas ferens*. 3 Macc. VII. 17. εἰς Πτολεμαΐδα τὴν ὀνομαζομένην διὰ τὴν τοῦ τόπου ἰδιότητα ῥοδοφόρον, Ptolemaida, quæ ob loci proprietatem *rosiferæ* h
nomen habet. Grotius ad h. l.: Hæc est Ptolemais in Arsinoite Nomo memorata Plinio et Ptolemæo, qui eam "Ορμον cognominat. Ægyptus rosis celebrata apud Martialem.

*'ΡΟΙΑ'. Vide sub ῥοά. Adde Num. XX. 5. sec. codd. ab Holmesio collatos. Photius Lex. 'Ροιάς. Ἴωνες δὲ ἄνευ τοῦ ι ῥοάς. οὕτως 'Επίλυκος. i

'ΡΟΙΖΕ'Ω, *strido, stridorem edo, cum stridore fluo, cum stridore jacio, jaculor*. הוֹרָה Hiph. a יָרָה, *jaculor*. 2 Reg. XIII. 17. sec. cod. Alex. Aqu. 1 Sam. XXXI. 3. ῥοιζοῦντες, *jaculantes*. Idem Psalm. LXIII. 8. ῥοιζήσει, *jaculabitur*. — נָזַל, *fluo*. Cant. IV. 15. ὕδατος ζῶντος καὶ ῥοιζοῦντος ἀπὸ Λιβάνου, aquæ viventis et *cum stridore fluentis* de Libano. Hesych. ῥοιζοῦντος, ἠχοῦντος.

a 'ΡΟΙ'ΖΗΣΙΣ, *stridor, jaculatio.* ירה infin. *jaculando.* Aqu. Exod. XIX. 13. ῥοιζήσει ῥοιζηθήσεται, cum *stridore jaculorum confodietur,* ubi vid. Montf. Kreyssigius cum Drusio ῥοιζήσει derivandum judicat a ῥοιζέω.

'ΡΟΙ'ΖΟΜΑΙ, *strideo.* *נִירָה Niph. a ירה, *jaculis conficior.* Aqu. Exod. XIX. 13. — צִפְצֵף, Pih. *pipio more*
b *avium.* Ies. XXIX. 4. ῥοίσεται.

'ΡΟΙ'ΖΟΣ, *stridor, sibilus, sonus, strepitus, impetus cum stridore.* שָׂחוּ, *natatio.* Ezech. XLVII. 5. ἐξύβριζε τὸ ὕδωρ ὡς ῥοῖζος χειμάῤῥου, efferebat se aqua, ut *flumen vehemens* torrentis. Convenit hoc aquæ, quæ tanta erat altitudine, ut natanda esset. Hesych. 'Ροῖζος, ψόφος, ἦχος, ῥεῦμα σφοδρόν. Sap. V. 12. βίᾳ ῥοίζου, *vi*
c *rapidi volatus.* Drac. v. 43. ἐν τῷ ῥοίζῳ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ, *impetu* venti sui. 2 Macc. IX. 7. πεσεῖν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἅρματος φερομένου ῥοίζῳ, ut caderet ille de curru cum *impetu* eunte.

'ΡΟΙ'ΣΚΟΣ, diminut. ex ῥοὰ, *malum punicum parvum,* nempe *effigiatum,* h. e. *corymbus aureus, ornatus gratia summi sacerdotis stolis annexus, ob mali Punici similitudinem sic*
d *dictus.* רִמּוֹן. Exod. XXVIII. 29. 30. Legitur etiam Sirac. XLV. 11. ubi ῥοΐσκοι χρυσοῖ sunt mala aurea, quæ de fimbria talaris pendebant. Vulg. *tintinnabula.* Vide Josephi A. J. III. c. 7. p. 142. ed. Haverc. Suid. ῥοΐσκοι, κόμποι χρυσοΰφαντοι, ὅμοιοι ῥοαῖς, εἰς κόσμον δὲ ὄντες τῆς τοῦ ἱερέως στολῆς.

'ΡΟΜΑ'ΣΤΡΑ, *hasta.* רֹמַח, *lan-*
e *cea, hasta.* Al. Joël. III. 10. ῥομάστρας, tanquam etiam σειρόμαστρον dixerint. Sed, ut recte monuit Kreyssigius in Symb. I. p. 18., ejiciendum est hoc vocabuli monstrum. Nam lectio ῥομάστρας in margine ed. Wechel. notata nihil aliud est, quam σειρομάστας, quod in LXX legitur, librariorum manibus capite truncatum, atque deinde in ῥομάστρας mutatum.

'ΡΟΜΦΑΙ'Α, *gladius,* it. *jaculum* f
oblongum, hasta. הָחֳרֵב infinitive Hoph. a חָרַב, *digladiando, devastando.* 2 Reg. III. 23. — חֲנִית, *hasta.* 1 Par. XI. 11. 20. Ps. XXXIV. 3. — חֶרֶב. Gen. III. 24. Exod. V. 21. XXXII. 26. et alibi sæpissime. — *חֹרֶב, *siccitas, vastitas.* Ezech. XXIX. 10. εἰς ἔρημον καὶ ῥομφαίαν καὶ ἀπώλειαν. Hieronymus: *in solitudinem gladio dissipatam.* Admodum inepte. Hagg. I. 11. Utrobi- g
que legerunt חֶרֶב. — *חָרְבָה, *vastitas.* Ps. IX. 6. Legerunt חֲרָבוֹת. — *עֶצֶן, *hastà.* 2 Sam. XXIII. 8. ubi vid. Intt. Præterea legitur 1 Sam. II. 33. ubi illud ἐν ῥομφαίᾳ vel de suo addiderunt, vel legerunt בְּחֶרֶב אֲנָשִׁים. 1 Maccab. IX. 73. κατέπαυσε ῥομφαία ἐξ 'Ισραὴλ, cesserunt *bella* in Israël: ubi ῥομφαία de *bello* s. *dissidiis* synecdochice dicitur. Eodem modo Matth. h
X. 34. μάχαιρα opponitur τῇ εἰρήνῃ, et in loco parallelo Luc. XII. 51. per διαμερισμὸν explicatur. Quin ipsi LXX Levit. XXVI. 6. חֶרֶב per πόλεμον transtulerunt. Hesych. ῥομφαία, θράκιον, ἀμυντήριον (lege: Θράκιον ἀμυντήριον, et vide Suiceri Thes. Eccl. T. II. p. 908.) μάχαιρα, ξίφος, ἢ ἀκόντιον μακρόν. Apud Suidam etiam exponitur μακρὸν ἀκόντιον. Plura de hac voce vide apud i
Zach. Boganum in Homero 'Εβραΐζοντι p. 324.

'ΕΝ 'ΡΟΜΦΑΙ'Α ΠΙ'ΠΤΩ, *gladio cado.* מוּת, *morior.* 1 Sam. II. 35.

'ΡΟ'ΠΑΛΟΝ, *clava, baculus altero extremo crassior,* it. *fustis, scipio.* מֵפִיץ, *malleus.* Prov. XXV. 18. ῥόπαλον καὶ μάχαιρα καὶ τόξευμα, *clava* et gladius et sagitta. Homero (qui hac voce quoque usus est Iliad. Λ', 558. et 560.) Il. Η',

a v. 141. κορύνη vocatur, ubi Scholiastes κορύνην interpretatur ῥόπαλον, et ῥόπαλον exponit ἀμυντήριον ἰσορῥοπὲς, ἐξ ἑνὸς μέρους ῥοπὴν ἔχον καὶ βάρος. Suidas: Ῥόπαλα, τὰ ξύλα, παρὰ τὸ ῥαπίζειν, ἢ τῇ ῥοπῇ ἀλοιᾷν. Cf. Aristoph. Ran. v. 47. et notas Perizonii in Æliani V. H. Lib. IV. c. 1.

'ΡΟΠΗ', *declinatio, devergentia, proclivitas,* item *momentum,* sc. *lan-* *b* *cis staterae ad imum vergentis, inclinatio, nutus, declivitas, propensio,* etiam: *momentum, ira, quia ira parum durat.* *חֶרֶב, *gladius.* Jos. XIII. 22. ἐν τῇ ῥοπῇ, pro quo Cod. Oxon. habet προνομῇ. Ald. et Compl. τροπῇ exhibent. (Voces ῥοπὴ et τροπὴ haud raro permutantur. Sic apud Josephum A. J. Lib. XII. c. 3. §. 3. Tom. I. p. 597. *c* loco τροπῆς reponendum est ῥοπῆς, quod longe elegantius est. Conf. Dionys. Hal. Ant. Rom. Lib. V. p. 270. et L. VII. p. 448.) Sed verba hæc admodum incommodum sensum habet, et cum textu Hebr. nullo modo conciliari possunt. Non vana itaque est suspicio, vel legendum esse ἐν τροπῇ, vel ῥοπῇ permutandum esse cum ἅρπῃ. Est autem ἅρπη *d* vox Phoenicio-Græca, et in linguam Latinam adeo translata, quæ *gladium leviter curvatum, falci similem* significat, et de qua copiose exposuit Bochartus Hieroz. P. II. Lib. V. c. 15. p. 760. seq. Cæterum confirmatur hæc conjectura verbis ἐν ῥομφαίᾳ, quæ in Ald. et Compl. ante ἐν τῇ τροπῇ inserta reperiuntur, et merum glossema sapiunt. — *e* מֹאזְנַיִם. Symm. Psalm. LXI. 10. ῥοπὴ ζυγοῦ. — פֶּלֶס, *statera.* Prov. XVI. 12. ῥοπὴ ζυγοῦ, *momentum lancis.* — רֶגַע, *momentum.* Hebræus Int. sec. Chrysost. Job. XX. 5. πρὸς ῥοπήν. — שַׁחַק, *pulvis tenuissimus.* Ies. XL. 15. ῥοπὴ ζυγοῦ, ubi ῥοπὴ *incrementum* notare, moneo contra Gatakerum ad Antonin. p. 244. Gloss. Vett. Gr. Lat. H. Steph. ῥοπὴ ἐπὶ ζυγοῦ, *incrementum.* *f* Aquila Prov. VIII. 78. ῥοπὰς, ubi ῥοπὰς in τροπὰς mutandum esse conjicere aliquis posset. Aqu. sec. Abulpharagii Comment. in Psalmos Syriacum (cujus excerpta dedit Adlerus Repertor. Eichhorn. P. XIII. p. 184.) Ps. XXXV. 6. Conf. Sap. XI. 23. Suiceri Thes. T. II. p. 910. et Colomesii Obss. SS. p. 665. Sir. I. 19. ῥοπὴ τοῦ θυ- *g* μοῦ αὐτοῦ, *inclinatio* vel *impetus* iræ ejus. Sap. XVIII. 12. πρὸς μίαν ῥοπὴν, ad unum *momentum.* Hesych. ῥοπὴ, κλίσις, νεῦμα, ῥάβδος, δύναμις, βοήθεια.

'ΡΟΥ͂Σ, 'ΡΟΟ͂Σ, *fluentum, cursus fluminis.* שִׁבֹּלֶת. Aqu. Ps. LXVIII. 3. Sir. IV. 29. μὴ βιάζου ῥοῦν ποταμοῦ, ne violenter cohibeas *cursum* fluminis. Hesych. ῥοῦν, ῥεῦμα. *h*

*ΡΟΦΕ'Ω, *sorbeo, sorbillo, haurio.* עָלַע. Symmach. Job. XXXIX. 30. ἐῤῥόφησαν. Arab. فلع notat *inserta in vas lingua sorbere.* Conf. Etymol. M. 705. 26.

'ΡΟΩ'Ν, Ω͂ΝΟΣ, *hortus* seu *ager malis punicis consitus.* Κοπετὸς ῥοῶνος, *planctus de horto malis punicis consito.* הֲדַדְרִמּוֹן, *Hadadrimmon, urbs juxta Jezreelem* secundum *i* Hieronymum. Zach. XII. 11. ὡς κοπετὸς ῥοῶνος. Sic enim legendum, non autem ῥοῶν, ut habet Compl. Legerunt divisim. Sc. רִמּוֹן *malogranatum* significat, et Arab. رنّ notat *sonum graviorem* vel *vocem edidit.*

'ΡΥ'ΑΞ, *rivulus, canalis, profluvium, eluvies.* מִחוּצָה, *extra, foris.* Ezech. XL. 41. Lex. Cyrilli MS. *k* Brem. ῥύακες, ῥεύματα, ὑδρηγοί.

'ΡΥ'ΔΗΝ, *affluenter, vehementer, confertim.* 2 Macc. III. 25. sec. Vat. ὁ ἵππος φερόμενος ῥύδην, equus citato cursu irruens. Hesych. ῥύδην, εὐκόλως, ἢ ἀθρόως ἐπιτρέχοντες, aut potius ἐπιτρέχων. Idem: ῥυδὸν, ἢ

a ῥύδην, χύδην, δαψιλῶς, ῥυστικῶς, σφοδρῶς. Cf. Suidam in v. ῥύδην. Lex. Cyrilli MS. Brem. ῥύδην, ὡς ἐπὶ ῥεύματος.

ʽΡΥΕ´Ω, *fluo, mano, effluo.* זוּב, idem. Ps. LXXVII. 23. ἐῤῥύησαν ὕδατα, *manabant* aquæ. Ita et Ps. CIV. 40. Hesych. ἐῤῥύησαν, ἔβρυσαν. Ies. XLVIII. 20. — יָלַךְ, *eo*. Joël. III. 18. ῥυήσονται γάλα, *fluent* lacte. — נָזַל. Ps. CXLVII. 7. Symmach.
b Job. XXXVI. 28. Aqu. Cant. IV. 16. — נָמַק Niph. a מָקַק, *tabesco*. Zach. XIV. 12. οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ῥυήσονται ἐκ τῶν ὀπῶν, oculi eorum *effluent* e foraminibus. Lex. Cyrilli MS. Brem. ῥυήσονται, φθαρήσονται (Ita quoque Zonaras Lex. 1623.), ἢ ἐκρεύσουσιν. Vide et Sap. XVI. 29.

ʽΡΥ´ΖΗΝ, *affluenter, vehementer, confertim, affatim*. 2 Macc. III.
c 25. ubi tamen alii rectius ῥύδην pro ῥύζην habere videntur.

ʽΡΥΘΜΙ´ΖΩ, *ad numeros aptos redigo, ad regulam compono, formo, apto, concinno.* יָצַר. Theod. Ies. XLIV. 12. ῥυθμιεῖ. — תָּאַר, *delineo*. Ies. XLIV. 13. ἐν τερέτρῳ ἐρύθμισεν αὐτὸ, terebra *juxta regulam formavit illud*. Hesych. ἐρύθμισεν, ἐκανόνισεν: cui διετύπωσεν addit Zonaras Lex.
d 875. apud quem ἐῤῥύθμισεν scribitur. Suidas: ῥυθμίζει, αἰτιατικῇ, διατυποῖ, κανονίζει, εὐθύνει.

ʽΡΥΘΜΟ`Σ, *rhythmus, numerus seu modulus certa proportione constans, canon, aptitudo, apta proportio, modus, concinnitas, forma, concentus.* חַמּוּק, *ambitus*. Cant. VII. 1. ῥυθμοὶ μηρῶν σου ὅμοιοι ὁρμίσκοις, *formæ* femorum tuorum similes
e monilibus. — מַעֲשֶׂה, *opus*. Exod. XXVIII. 15. κατὰ τὸν ῥυθμὸν τῆς ἐπωμίδος, ad *formam* amiculi. Sic Ælianus V. H. Lib. XIII. cap. 33. τοῦ ὑποδήματος τὸν ῥυθμὸν *formam calcei* appellat. — תַּבְנִית, *forma*. 2 Reg. XVI. 10. τὸ ὁμοίωμα τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ τὸν ῥυθμὸν αὐτοῦ, similitudinem altaris, et *formam* ejus. Sap. XVII. 19. ῥυθμὸς ὕδατος πορευομένου βίᾳ, *sonitus, murmur aquæ vi euntis.* f
Sap. XIX. 17. ὥσπερ ἐν ψαλτηρίῳ φθόγγοι τοῦ ῥυθμοῦ τὸ ὄνομα διαλλάσσουσι, sicut in psalterio soni *concentus* nomen permutant. Hesych. ῥυθμὸς, κανὼν, μέτρον, τρόπος, μέλος εὔφωνον, ἀκολουθία, τάξις, σύγκρισις. Lex. Cyrilli MS. Brem. ῥυθμὸς, ἀκολουθία, ἁρμονία, μέλος εὔφωνον, καὶ τάξις, ἢ σύγκρισις.

ʽΡΥΘΜΟ´Ω, *concinno, formo.* יָצַר, g
formo, fingo. Symm. Ies. XLIV. 12. ἐν τερέτρῳ ἐρύθμωσεν αὐτὸ, terebra *formavit* illud.

ʽΡΥ´ΜΗ, *vicus, platea.* רְחוֹב. Ies. XV. 3. ἐν ταῖς ῥύμαις, in *plateis*. Sir. IX. 7. ἐν ῥύμαις πόλεως, h. e. in *secretis locis urbis, ubi nullus est hominum confluxus, et meretrices frequentare solent*, i. q. in seq. ἐν τοῖς ἐρήμοις αὐτοῦ. Tob. XIII. 17. αἱ ῥύ- h
μαι, *qui sunt in plateis*: nam tribuitur ipsis sermo.

ʽΡΥΜΝΟ`Σ, *munitus*. Ita legit Kircherus 2 Macc. XI. 5. ubi tamen alii rectius ἐρυμνῷ pro ῥυμνῷ habent.

ʽΡΥ´ΟΜΑΙ, *libero, redimo, eripio, servo, custodio.* אִשֵּׁר Pih. *dirigo*. Ies. I. 17. אַשְּׁרוּ h. l. notat *rectificare*, h. e. *in pristinum felicem statum reducere*. — גָּאַל, *redimo*. Gen. XLVIII. 16. Ies. XLIV. 6. XLVII. i
4. et alibi. — הִגְדִּיל Hiph. *magnifico*. Dan. VIII. 11. N. L. — הוֹשִׁיעַ Hiph. a יָשַׁע, *servo*. Exod. II. 17. XIV. 30. Ezech. XXXVII. 23. — הִצִּיל Hiph. a נָצַל. 2 Sam. XIX. 9. Ps. XVII. 52. XXXVIII. 12. et alibi sæpius. — הַצֵּל Chald. Aphel a נְצַל. Dan. III. 30. VI. 27. — הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *reverti facio*. Job. XXXIII. 30. — חָלַץ, *eruo, extraho*. Ps. VI. 4. XVII. 22. XXXIII. 7. — *יֵשַׁע, *salus*. Inc.

ΣΤΑΛΑ'ΖΩ, i. q. στάζω, *stillo.* הִטִּיף Hiph. a נָטַף, idem. Mich. II. h 11. Aqu. Mich. II. 6. μὴ σταλάζετε σταλάζοντες, ne stilletis stillantes. In priore loco ἐστάλαξε apud LXX est pro ἐστάλαξα, uti passim mutant illi personas, aut אַטִּיף acceperunt, quasi forma Chaldaica esset pro הִטִּיף. Jud. V. 4. in cod. Holm. ἐστάλαξαν pro ἔσταξαν ponitur.

ΣΤΑ'ΜΝΟΣ, *urna.* בַּקְבּוּק, *lagena.* 1 Reg. XIV. 3. — צִנְצֶנֶת. Exod. XVI. 33. Hesych. στάμνος, ὑδρία, i κάλπη, κάλαθος. Confer Hebr. IX. 4. et ad h. l. Wolfium p. 696. Bel et Dr. 32. sec. cod. Chis.

ΣΤΑΣΙΑ'ΖΩ, *seditionem concito, turbam moveo.* הָלַל, *insanio.* Symm. Ps. LXXIV. 5. στασιάζειν. Sensum expressit. — סִכְסֵךְ Pih. *armo, strenuum reddo.* Aqu. Ies. XIX. 2.

a στασιάσω Αἰγυπτίους Αἰγυπτίοις, *factionibus contendere faciam* Ægyptios cum Ægyptiis. Judith. VII. 13. Hesych. στασιάζει, θόρυβον κινεῖ, ἀτακτεῖ.

*ΣΤΑ'ΣΙΜΟΣ, *stabilis, firmus, constans.* Sirac. XXVI. 17. ἐπὶ ἡλικίᾳ στασίμῃ, super ætatem *vigentem et firmam,* quam Aristoteles dicit esse τῶν ἀκμαζόντων, *vigentium.* Vulg. *su-*
b *per ætatem stabilem.* Hesych. στάσιμον ἦθος, τὸ βέβαιον καὶ στερεόν. Syrus: *sic pulcritudo mulieris bonæ, dum sedet domi suæ.* Respexit sine dubio notionem στάσιμος *quietus, tranquillus,* a Stephano T. I. p. 1735. uberius comprobatam. Philoxen. Gloss. στάσιμος, *stativus.*

ΣΤΑ'ΣΙΣ, *statio, status,* it. *statutum, pactum,* it. *seditio,* etiam *locus,*
c *ubi aliquis stare ac subsistere potest.* הֲדֹם, *scabellum.* 1 Par. XXVIII. 2. — מָנוֹחַ, *quies.* Deut. XXVIII. 65. — מָעוֹן, *arx.* Nah. III. 11. ubi στάσις est *firmitas, consistentia, modus et via subsistendi ac resistendi.* — מַעֲמָד. 1 Reg. X. 5. 2 Par. IX. 4. Ies. XXII. 19. Symm. Ps. LXVIII. 3. In omnibus his locis στάσις notat *locum, ubi aliquis sub-*
d *sistere potest.* — מַצָּב, nomen, *locus, quo aliquis stat.* Al. Jos. IV. 3. — מֻצָּב part. Hoph. a יָצַב, *constitutus.* Jud. IX. 6. βάλανος τῆς στάσεως, *quercus, vel quæ stat, vel ad quam statur.* Theod. 1 Sam. III. 23. Symm. Ies. XXIX. 3. ubi στάσις *munitionem, aggerem* significare videtur — *מַצֶּבֶת, *quidquid erectum stat.* Symm. Ies. VI. 13. Vide infra s. v. עַמּוּד. —
e מָקוֹם, *locus.* Inc. Job. XVI. 18. — *מַרְאֶה, *facies, aspectus.* Ez. I. 28. ubi tamen pro στάσις omnino legendum est φάσις, *aspectus.* — מַתְכֹּנֶת, *proportio, dispositio mensuræ.* 2 Par. XXIV. 13. ἀνέστησαν τὸν οἶκον κυρίου ἐπὶ τὴν στάσιν αὐτοῦ. Latinus vertit: *suscitaverunt domum Domini in statum pristinum.* Conf. Hebr. IX. 8. — *עֲמֹד infin. *stare.* 2 Par. XXX.
f 16. XXXV. 10. Neh. VIII. 9. et alibi. Adde Dan. VIII. 17. sec. cod. Chis. — *עַמּוּד, *columna.* 2 Par. XXIII. 13. Apud Achillem Tat. Lib. III. c. 2. τῶν κυμάτων ἡ στάσις sunt *fluctus erecti, alti.* Vide supra s. v. מַצֶּבֶת. — צָבָא, *exercitus.* Nehem. IX. 6. ubi tamen suspicor pro στάσιν reponendum esse στρατιάν. Vide tamen ad sequens צְבִי notata. — צְבִי, *ornamentum.*
g Symm. Ezech. XX. 6. 15. Deduxit sine dubio צְבִי a יָצַב, *stare, consistere, subsistere.* Cæterum vide ad h. l. Montfauconium. — *קוּם, *sto.* Aquila, Theod. Jerem. XLIV. 29. στάσει. Vulg. *vere.* Recte. Num στάσις verbis tribuitur, quando *eventu comprobantur.* Sic ibid. ἵστασθαι a Vulgato recte per *compleri* explicatur. — *קוֹמָה, *statura.* 1 Sam.
h XXVIII. 20. ἀπὸ τῆς στάσεως αὐτοῦ, *prouti stabat,* h. e. *secundum plenitudinem staturæ:* et ita bene convenit cum textu Hebr. Cæterum legerunt מְקוֹמָתוֹ. — קְיָם Chald. *statutum.* Dan. VI. 7. στάσει βασιλικῇ, *statuto* regio. Vide et v. 15. — רִיב, *lis.* Prov. XVII. 14. προηγεῖται δὲ τῆς ἐνδείας στάσις καὶ μάχη, præcedit autem inopiam *seditio* et pugna. Vide supra s. v. μάχη.
i 1 Macc. VII. 18. παρέβησαν γὰρ τὴν στάσιν καὶ τὸν ὅρκον, transgressi enim sunt *pactum* (id quod ἔστησαν, h. e. constituerant et pepigerant inter se) et juramentum. 3 Macc. I. 23. ubi στάσις τῆς δεήσεως est *locus, ubi stantes preces faciebant.* Conf. Spicil. II. p. 164. Hesych. στάσις, θέσις, χορὸς (fortasse ad Neh. IX. 6.), σταθμὸς, ἐργαστήριον: ubi vid. Ernesti in notis ad Suidæ Gloss. Sacr. p. 135.

ΣΤΑΤΗ'Ρ, *stater, nummus tetradrachmus, valens quatuor drachmas.*

*בַּרְזֶל, *ferrum.* Aqu. 1 Sam. XVII. 7. *σίκλων στατήρων.* Sed, ut bene monuit Semlerus in App. in V. T. p. 302., vitium hic latet. Debebat notari, Aquilam loco *σίκλων*, quod est in LXX Int., reddidisse *στατήρων*. Certe בַּרְזֶל huc ad Aquilam non pertinet. — שְׁלֹשׁ קִלְּשׁוֹן, *tridens furca.* Aqu. 1 Sam. XIII. 21. Ita Bielius. Sed in Hexaplis
b legitur *τὸν δὲ σίκλον στατῆρα ἐκάλεσαν*, quæ verba, ab h. l. prorsus aliena ac desumta ex Theodoreto Quæst. 29. p. 374., prorsus delenda censeo. Pertinent autem ad LXX, qui לִשְׁלֹשׁ קִלְּשׁוֹן reddiderunt *ἦν τρεῖς σίκλοι εἰς τὸν ὀδόντα*, quasi legissent שְׁלֹשׁ שֶׁקֶל לְהַשֵּׁן. Hinc Theodoretus monet, aliis locis, ubi LXX usi sint voce *σίκλος*, reliquos interpretes dixisse *στατῆρα*. — שֶׁקֶל, *siclus.* Inc. Gen. XXIII. 15. ubi loco *στατήρων* sine dubio reponendum erit *στατῆρες*. Aqu. Symm. Exod. XXXVIII. 24. et Num. III. 47. Hesych. *στατὴρ, τετράγραμμος.* Ad quem locum Sopingius: *Vocat stateram τετράγραμμον, quod quatuor punctis, γραμμαῖς, distinctam habuerint.* Unde Persius Sat. V. v. 100.: Diluis helleborum certo compescere puncto examen. *Ad quæ vetus Gloss.: Non ad trutinam, sed ad stateram retulit, quæ punctis et unciis signatur. Puncta igitur hæc in ea fuere quatuor, ut hinc discere est. Nisi forte legendum fuerit τετράδραχμον, quod discitur ex* Matth. XVII. 27. *Nam didrachmam singuli pendebant.* Τετράδραχμος etiam pro *τετράγραμμος* apud Grammaticum legendum censent Scaliger, Salmasius et Hammondus ad Matth. l. c. Quorum emendationi favet Lexic. Cyrilli MS. Brem. ubi ita: *στατὴρ, τετράδραχμον, κεράτια οβ.* Sed apud Hesychium etiam post v. *Σταθμοῦχος* legitur: *Στατὴρ, τετράγραμμον, ἤγουν ἥμισυ οὐγγίας.* Apud Suidam autem *στατὴρ* exponitur *τετράγωνον νόμισμα.* Plura de *statere* vide apud auctores f
Wolfio ad Matth. l. c. p. 270. laudatos, ac in Lexico N. T. s. h. v.

ΣΤΑΥΡΟ'Ω, *crucifigo, suspendo.* תָּלָה, idem. Esth. VII. 10. *σταυρωθήτω ἐπ' αὐτὸ, suspendatur* in illo.

ΣΤΑΦΙ'Σ, *uva passa,* a *στάζω*, quia stillat liquorem. יָבֵשׁ, *siccus.* Num. VI. 3. Uva sicca est passa. — עֵנָב, *uva.* Hos. III. 1. *πέμματα μετὰ σταφίδος*: ubi *μετὰ*, quod sine dubio g
ex antecedente *πέμματα* ortum est, expungendum videtur. — צִמּוּקִים, plur. *uvæ arefactæ* sive *siccatæ ad solem.* 1 Sam. XXV. 18. XXX. 12. 2 Sam. XVI. 1. — *קַיִץ, *æstas.* Inc. 2 Sam. XVI. 2. Sc. vox קַיִץ, quam LXX *φοίνικες, palmulæ*, ac Incertus (quem Vulgatus sequitur, qui habet: *palathæ*) *παλάθαι, massæ ficuum*, transtulerunt, latissime patet, ac *omnes fruges æstivas* com- h
plectitur. Hinc orta est hæc versionum diversitas.

ΣΤΑΦΥΛΗ', *uva.* *חַרְצַנִּים, *acini.* Num. VI. 4. sec. *Sar.* — עֵנָב, *uva.* Gen. XL. 10. 11. XLIX. 11. Levit. XXV. 5. et alibi. — עָנָף, *ramus.* Ezech. XXXVI. 8. Forte legerunt עֵנָב. Præterea legitur apud Aqu. et Theod. Deut. XXXII. 10. *ὡς σταφυλὴν*, quæ verba, quibus nihil respondet in textu Hebr., for- i
tasse ex alio loco desumta sunt.

ΣΤΑ'ΧΥΣ, *spica.* מְלִילוֹת, plur. *spicæ, aristæ.* Deut. XXIII. 25. — קָמָה, *seges.* Exod. XXII. 6. Jud. XV. 5. segetes adhuc in culmo stantes. Nam opponuntur segetibus demessis ac manipulatim coacervatis. — שִׁבֹּלֶת, in plur. שִׁבֳּלִים, *spica, spicæ.* Gen. XLI. 6. 7. Ruth. II. 1. Job. XXIV. 24. Al. Jud. XII. 6. Syr. ܫܒܠܐ, et Arab. سنبل, *arista.* Cæterum Græci *στάχυας* appellant

a ὅλους τοὺς σιτηροὺς καρποὺς, ut Galenus de Facult. Aliment. Lib. I. c. 28. recte observat.

ΣΤΑ'ΧΥΣ 'ΟΡΘΟ'Σ, *spica recta*, i. e. *erecta*. קָמָה, *seges*, a קוּם, *surgere*, et *erectum stare*. Jud. XV. 5.

ΣΤΕΑ'ΖΩ, *impinguo*, *pinguefacio*. דִּשֵּׁן Pih. Theodot. Psalm. XIX. 3. *στεασάτω*, *impinguet*.

b ΣΤΕ'ΑΡ, *adeps*, *sebum* vel *sevum*, *oleosa et pinguis substantia adipe siccior et concrescens*, it. *farina subacta*. בָּצֵק, *massa farinacea*, *farina subacta*, *fermento intumescens*. Inc. 2 Sam. XIII. 8. Al. Hos. VII. 4. ἀπὸ φυράσεως στέατος, a commixtione *farinæ*. Pro στέατος emendandum videtur σταιτὸς, ut etiam Trommius locum laudat. LXX τὸ בָּצֵק vertunt
c omnibus locis per σταῖς, quod vide supra. Gloss. MS. in Proph. στέατος, ζύμης. Hesych. στέατα, ἄλευρα, ζύμη. Vide et Suidam in v. στέατα, ubi Eunapii locum produxit, in quo στέαρ *farinam subactam* significat. — *חָלָב, *lac*. Ies. LV. 1. Legerunt חֵלֶב aut חֵלֶב.— חֵלֶב. Gen. IV. 4. ἀπὸ τῶν στεάτων αὐτῶν, de pinguedinibus, h. e. pinguissimis illo-
d rum. Josephus A. J. I. 2. 1. loco στέαρ posuit γάλα. Symm. et LXX Psalm. XVI. 11. τὸ στέαρ αὐτῶν συνέκλεισαν. Ad quem locum respiciens Suidas ex Theodoreto ita: στέαρ. παρὰ Δαβίδ. εὔνοια καὶ φιλαδελφία. Lex. Cyrilli MS. Brem. τὸ στέαρ αὐτῶν συνέκλεισαν, τὸ ἐν καρδίᾳ ἐγκείμενον, τὰ κακὰ, ὡς στέατι ἢ ζύμη φυσᾷ. Deut. XXXII. 14. μετὰ στέατος νεφρῶν πυ-
e ροῦ, h. e. *cum tritico optimo*. *Adeps* enim dicitur, quod *in quaque re est electissimum et præstantissimum*, sicut Hebr. *medulla* dicitur. Psalm. CXLVII. 3. στέαρ πυροῦ, pinguedo frumenti, h. e. juxta Suidam (qui sua ex Theodoreto hausit) ὁ κάλλιστος σῖτος καὶ ἄρτος. Ies. XXXIV. 7. ἀπὸ τοῦ στέατος αὐτῶν ἐμπλησθήσεται, pinguedine illorum implebitur. Theod. Job. XV. 26. Al. Psalm. LXXII. 7. Ad quem locum oculum intendens Suidas: Καὶ στέαρ παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ ἡ εὐπάθεια καὶ ἡ εὐκληρία λέγεται. Ἐξελεύσεται ὡς ἐκ στέατος ἡ ἀδικία αὐτῶν. ἀντὶ τοῦ, μετὰ πάσης ἀδείας τὴν ἀδικίαν λαλοῦσι. Ez. XXXIX. 19. φάγεσθε στέαρ εἰς πλησμονὴν, comedetis adipem in satietatem. Gloss. MS. in Ezech. στέαρ, πυρός. — פֶּדֶר, *adeps*, ex unanimi veterum consensu. Levit. I. 8. 12. VIII. 19. Hesych. στέαρ, λίπος, ζύμη. Adde Sirac. XLVII. 2. et Drac. v. 31.

ΣΤΕΑΤΟ'ΟΜΑΙ, *pinguesco*, *saginor*, a στεατόω, *in sevum* seu *adipem converto*. מְרִיא, *pinguis*, *saginatus*. Ezech. XXXIX. v. 18. ἐστεατωμένοι, *saginati*. Ita Bielius ex Trommio. Sed potius ibi respondet τῷ בָּשָׁן apud Incert. et מְרִיאֵי בָשָׁן apud LXX Intt.

ΣΤΕΓΑ'ΖΩ, *tego*, *operio*, *sustineo*, *fulcio*. הֶעֱמִיד Hiph. *constituo*. Neh. III. 3. ἐστέγασαν. Non male quoad sensum. — טִלֵּל Pih. *tego*, *contego*, *obtego*. Nehem. III. 5. — קֵרָה Pih. *contigno*. 2 Par. XXXIV. 11. Neh. II. 8. III. 3.

ΣΤΕ'ΓΗ, *tectum*, *tegmen*. מִכְסֶה, *tegmen*, *tectum*, *operimentum*. Genes. VIII. 13. — צֵל, *umbra*. Gen. XIX. 8. sec. cod. Alex. et Ald. στέγην, ubi reliqui libri σκέπην habent. Vide et 3 Esdr. VI. 4. ubi Chald. אֻשַּׁרְנָא, *murus*. Esdr. V. 3. respondet. In utroque loco est pars pro toto.

ΣΤΕΓΝΟ'Σ, *creber*, *continuus*. צוֹפִיָּה part. fœm. *speculans*. Al. Prov. XXXI. 27. στεγναὶ διατριβαὶ οἴκων αὐτῆς, *continuæ* conversationes in ædibus ejus. Ed. Ald. habet στεναὶ, *angustæ*, quod vide supra. Sensum expressit. Nam de muliere, quæ attendit ad omnia, quæ

a domi suæ geruntur, commode dici potest στεγναὶ κ. τ. λ. Hesych. et Suidas: στεγναί, στιφραί. Ad Hesychium notat Sopingius, Græcos dicere στεγνοὺς πυρετοὺς, quos Plinius Lib. XXIII. c. 7. *febres contractas* interpretetur. Sic et Hesychius in v. στεγανὸν, στεγνὸν (sic enim bene legit Guietus pro στενὸν) exponit πυκνὸν, σφιγκτὸν, ἢ συνεχές.

b ΣΤΕ'ΓΟΣ, *tectum*. Ep. Jer. v. 8. ταῖς ἐπὶ τοῦ στέγους πόρναις, quæ sunt sub eodem cum diis tecto, meretricibus.

ΣΤΕ'ΓΩ, i. q. στεγάζω, *tego*, etiam *celo, silentio premo*. Sirac. VIII. 22. στέξαι λόγον, h. e. *servare secretum* s. *celare*, ubi alii libri στέρξαι habent. Hesych. στέγει, κρύπτει.

ΣΤΕΙ'ΡΟΣ, *sterilis*. Στεῖρα, sc. c γυνὴ, *sterilis*, scil. *fœmina*. עֲקָרָה: עֲקֶרֶת, idem. Gen. XI. 30. XXV. 21. XXIX. 30. et alibi. — עָקָר, *infœcundus*. Aqu. Deut. VII. 14. Sap. III. 13. *virgo continens* στεῖρα dicitur. Vide Cappelli Nott. Critt. p. 560.

ΣΤΕΙ'ΡΑΝ ΠΟΙΕ'Ω, *sterilem facio*. עָצַר, *claudo*, sc. *uterum*. Ies. LXVI. 9.

ΣΤΕΙΡΟ'Ω, *sterilis sum*. Sirac. d XLII. 15.

ΣΤΕΛΕ'ΧΗ et ΣΤΕ'ΛΕΧΟΣ, *truncus, stirps, caudex, ramus*. Est vocabulum generis, quod etiam de arbore primulum velut e terra enascente dicitur, ita ut truncus ejus sit veluti virgula quædam duntaxat. Conf. Philonem I. de Vit. Mos. p. 638. A. אַיָּלָה, *cerva*. Gen. XLIX. 21. Νεφθαλὶ στέλεχος ἀνειμένον, Neph-e thali truncus emissus, h. e. arbor s. truncus, ex quo τὰ βλαστήματα s. virgulta prodeunt. Legerunt fortasse עָלֶה, coll. Jerem. XVII. 8. Hieronymus male reddidit: *virgultum*. Conf. Pearsonii Præf. in LXX Intt. — גֶּזַע, *truncus* arboris succisæ. Job. XIV. 8. — עֲבֹות, singul. *contortum*. Ezech. XIX. 11. *Perplexitates* sunt h. l. de *ramis perplexis* explicandæ. — עָלֶה, *folium*. f Jerem. XVII. 8. Pro *foliis* posuerunt *ramos*, sensu eodem.— פֹּארָה, *ramus*. Ezech. XXXI. 12. 13. — תִּמָרוֹת plur. *columnæ*. Cant. III. 6. ὡς στελέχη καπνοῦ, i. e. tanquam fumus, qui instar arboris truncatis foliis et ramis in altum erigitur. Vide ad h. l. Cappellum, qui recte monuit, *fumum*, cum assurgit, arboris seu palmæ speciem quodammodo referre; inferius enim angustus est, quasi truncus palmæ, mox deinde superne dilatatur ac sese diffundit, ut rami e trunco. Sir. L. 14. ὡς στελέχη φοινίκων, tanquam *rami* palmarum. Phavorinus: στελέχη, οἱ κλάδοι. καὶ στέλεχος ὁ κορμὸς τοῦ δένδρου. Hesych. στέλεχος, κορμὸς ξύλου, κλάδος. Idem: Στελέχεα, πρέμνα. Sic enim bene Gronovius h pro Στελεχία, πρέμια. Suidas: στέλεχος, εἰ μὲν ὁ κορμὸς, ἤγουν ἡ ῥίζα, παρὰ τὸ τέλος ἔχειν, ἢ παρὰ τὸ στερεόν· εἰ δὲ οἱ ἄνω τῆς κορυφῆς κλάδοι, παρὰ τὸ εἰς τέλος ἔρχεσθαι. — Vide alibi φοίνιξ.

ΣΤΕ'ΛΛΩ, *mitto*. ΣΤΕ'ΛΛΟΜΑΙ, *timeo, subduco me, recedo, paro me, vestior*. נִחַת Niph. a חָתַת, *consternor*. Mal. II. 5. ἀπὸ προσώπου ὀνόματός μου στέλλεσθαι αὐτὸν, ut me i *metueret*. Apud Hesychium in στέλλει legitur: φοβεῖται, στέλλεται. Sed inverso ordine legendum videtur: στέλλεται, φοβεῖται, et statuendum, quod nova glossa inde incipiat. Confer Alberti ad 2 Thess. III. 6. p. 391. et quæ inde repetit Wolfius ad eundem locum p. 400. — פִּלֵּג Pih. *divido*. Aquila, Theod. Job. k XXXVIII. 25. ubi pro τίς δὲ ἔστειλεν; fortasse legendum est τίς διέστειλεν; *quis divisit?* ut habet Aqu. ex altera ejus versione. Sed recepta lectio quoque defendi potest, ut nempe *mittere* h. l. sit i. q. *dare*.

a Vide Hexapla. — שָׁכַךְ, *pono me.* Aqu. Gen. VIII. 1. ubi στέλλεσθαι, de *aquis* usurpatum, notat *discedere, deserere terram, defluere.* Montfauconius ἐστάλησαν male transtulit: *coërcitæ sunt.* Gloss. Græc. in V. T. ab Albertio editum p. 149. στέλλεσθαι, ἀφίστασθαι, ἀναχωρεῖν. Drusius in Fragm. Vett. Intt. GG. pag. 18. ἐστάλησαν vertit *constiterunt,* et idem
b esse putat, quod στήλης τρόπον ἔστησαν. Sed an hoc significatu reperiatur σταλάω, unde ἐστάλησαν deducit, se nescire fatetur. Ex illis autem difficultatibus se facile potuisset extricare, si a στέλλεσθαι vocem ἐστάλησαν deduxisset. Præterea legitur Prov. XXXI. 26. τάξιν ἐστείλατο pro חֶסֶד, quæ verba Jaegerus suspicatur pertinere ad v. 25., idem-
c que significare, quod εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, a στέλλεσθαι, *ornari, indui,* unde στολὴ et καταστολὴ, *vestitus.* Conf. Perizon. ad Ælian. III. 24. 1. Hoogeveen. ad Viger. V. 12. 6. Sapient. VII. 15. πρὸς θεὸν ἐστείλαντο φιλίαν, ad Deum *miserunt* amicitiam, h. e. ut Latinus sensum expressit: *participes facti sunt amicitiæ Dei.* Hesych. ἐστείλαντο, συνέστειλαν, ἢ ἀπέστειλαν.
d Sap. XIV. 1. πλοῦν τις πάλιν στελλόμενος, ad navigandum quispiam iterum *se parans.* Sic Polyb. IX. 24. 4. στέλλεσθαι τὴν πορείαν, *parare iter.* Sir. XXXV. 1. 2. στέλλεσθαι τὴν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος, sc. στολὴν, in Græciam *navigare.* 2 Macc. V. 1. τὴν δευτέραν ἔφοδον Ἀντίοχος εἰς Αἴγυπτον ἐστείλατο. Latinus vertit: *Antiochus secundam profectionem paravit in Ægyptum.*
e 3 Macc. I. 19. προσαρτίως ἐσταλμέναι, modo *amictæ.* Hesych. ἐσταλμέναι (Sic enim legendum pro ἐσταμέναι), ἐστολισμέναι. Confer Ælian. V. H. XII. 1.

ΣΤΕ'ΜΜΑ, *sertum, corona.* עֲטָרָה, idem. Al. Zach. VI. 11. στέμματα. Hesych. στέμμα, στεφάνωμα. Στέμματα pr. dici *coronas, quæ sacris adhibentur,* aut sane *eas, quæ gestantur a sacerdotibus,* docet Paschalius de Coronis Lib. I. c. 2. p. 7. f

ΣΤΕ'ΜΦΥΛΑ, plur. *uvarum* vel *olivarum expressarum retrimenta, vinacea, nuclei uvarum.* חַרְצַנִּים, plur. *acini.* Num. VI. 4. — סִיג, *scoria.* Aqu. Psalm. CXVIII. 16. Ies. I. 25. Ezech. XXII. 18. Lex. Cyrilli MS. Brem. στέμφυλα, τὰ πιάσματα τῆς σταφυλῆς. Hesych. στέμφυλα, τὰ πταίσματα (lege τὰ πιάσματα) τῶν ἐλαιῶν, οἱ δὲ τὰς ἀπυρήνους ἐλαίας, καὶ g
τῶν σταφυλῶν τὰ ἐκπιέσματα. Ad quem locum Schrevelius in not. citat Athen. p. 56. Nunnes. Phrynich. p. 78. Casaub. ad Athen. Lib. II. c. 15. Henr. Steph. Schediasm. Lib. VI. c. 10. Suidas: στέμφυλον, τὸ ἔκθυμα τῆς σταφυλῆς, ἢ τῶν ἐλαιῶν, ὡς ἀντὶ ὄψων ἐχρῶντο.

ΣΤΕΝΑΓΜΟ'Σ, *gemitus,* etiam *rugitus.* אֲנָחָה, idem. Job. III. 24. h
XXIII. 2. Psalm. VI. 6. et alibi. — אֲנָקָה. Psalm. XI. 5. LXXVIII. 11. Mal. II. 13. — הֵאָנֵק infin. Niph. *gemendo.* Ezech. XXIV. 17. — הֵרוֹן, *conceptus.* Gen. III. 16. Videntur loco ר legisse ח, et per στεναγμοὺς intellexisse *dolores gemitus exprimentes,* aut הֵרוֹן de *doloribus partus,* et *quos gravidæ post conceptionem sentiunt,* intellexisse. Bauerus contra judicat, eos legisse i
הגני, ab הָגָה. — נְאָקָה, *clamor, gemitus.* Exod. II. 25. VI. 5. Jud. II. 18. — נַהֲמָה, *rugitus.* Psalm. XXXVII. 8. De *rugitu leonis* legitur apud Inc. Int. Prov. XIX. 11. ubi LXX βρυγμὸς habent. — צָרָה, *angustia.* Jerem. IV. 31. στεναγμοῦ σου, ubi per metonymiam effectum pro causa posuerunt. Vide supra s. v. הֵרוֹן. Hesych. στεναγμὸς, λύπη. Philo Allegor. Lib. II. p. 67. ἔστι στεναγμὸς σφόδρα καὶ ἐπιτεταμένη λύπη. πολλάκις γὰρ ἀλγοῦμεν, οὐχὶ στένοντες.

e ὅταν δὲ ἐπιστένωμεν, ἀνιαρῶς καὶ πάνυ ἐμβριθῶς χρώμεθα ταῖς λύπαις.

ΣΤΕΝΑ'ΖΩ, *gemo, ingemisco.* אָבַל, *lugeo.* Ies. XIX. 8. — אָנָה, *mœstus sum.* Ies. XIX. 8. — אֲנָחָה, *gemitus.* Ies. XXI. 2. — אָנַק. Ezech. XXVI. 15. — *דָּלַף, *stillo, perstillo.* Cohel. X. 18. sec. cod. Alex. ubi tamen loco στενάζει legendum est στάζει. — הִבְלִיג Hiph. *recreo me.* Job. IX. 27. στενάξω. Ut hæc versio cum textu Hebraico conciliari possit, στενάξω vertendum erit *clam ingemiscam, simulabo hilaritatem.* — הָמָה, *perstrepo.* Ies. LIX. 11. στενάξουσιν, ὡς ἄρκτος, καὶ ὡς περιστερὰ ἅμα, *gement,* ut ursus, et ut columba simul. Conf. ad h. l. Bochartum Hier. Lib. III. c. 9. pag. 810. ubi ursorum vocem videri aliquid habere gemebundum, atque inde etiam Horatium atque Ovidium *gemitum* ursis tribuere observat. Cf. v. Στένος. De columbis etiam verbum *gemere* passim usurpari pariter observat Bochartus Hier. P. II. Lib. I. c. 2. pag. 12. — הִתְאֹשֵׁשׁ Hithp. *fortem me gero.* Ies. XLVI. 8. στενάξατε. Deduxerunt fortasse ab אִישׁ, Arab. ايس, *desperare.* Vulgatus habet *confundamini,* quasi legerit הִתְבֹּשְׁשׁוּ. Hanc quoque lectionem LXX exprimere potuerunt hoc sensu: *dolore ob peccata commissa compuncti ingemiscite,* ubi certe sensus non mutatur? Ex Houbigantii sententia LXX legerunt הִתְאַנּוּ. — זָעַק, *clamo.* Job. XXXI. 38. — *כָּרַע, *incurvo me,* speciatim *præ dolore.* Inc. 1 Sam. IV. 19. ubi στενάζειν de *gemitu parturientium præ doloribus gravissimis* adhibetur. Vide supra s. v. κλαίω, ac Simonis Lex. Hebr. s. h. v. — נֶאֱנַח Niph. Ies. XXIV. 7. Thren. I. 9. 22. Ez. XXI. 6. — נִחַם. Aqu. Symm. Theod. Prov. V. 11. στενάξεις. — נוּד, *condoleo.* Nah. III. 7. — נַחַת, *quies.* Ies. XXX. 15. στενάξῃς. Non dubito, eos legisse נִחַם, quod in l. Arab. نخم hanc notionem habet. — סָפַק, *plaudo.* Jerem. XXXI. 19. *Plaudere* h. l. est plangentis et dolentis. — עָגַם, *contristor.* Job. XXX. 25. Scil. عجم notat *barbara lingua loqui,* responedetque τῷ לָעַז Hebræorum. — שִׁוַּע Pih. *vociferor.* Job. XXIV. 12. — נָשַׁם : שָׁמַם, Kal et Niph. *obstupesco.* Job. XVIII. 21. Ezech. XXVI. 16. Sap. V. 3. Sirac. XXX. 19. g

ΣΤΕΝΑΚΤΟ'Σ, *gemebundus.* חֶרְפָּה *probrum.* Ezech. V. 15. στενακτὴ καὶ δηλαϊστή, gemebunda et miserabilis. Sed στενακτὸς ibi potius *miserandum, commiserandum* notat.

ΣΤΕΝΕ'Ω, *angusto, arcto.* מָעַד, *vacillo.* Al. 2 Sam. XXII. 37. ἐστένησα. Ita Bielius. Sed legendum est ἠσθένησα, quod habet ed. Compl.

ΣΤΕΝΟ'Σ, *angustus, arctus.* אוֹן, *robur.* LXX ac duo Incerti Intt. Job. XVIII. 11. ἐν λιμῷ στενῷ. Nisi adjectivo στενὸς notio transitiva h. l. tribuatur, ut sit i. q. στενοῦντι, *in angustias redigente,* omni sensu destituitur hæc versio. Mallem hic legere σθενῷ, *robusto, valido,* unde σθενόω, quemadmodum στενόω a στενός. Qua voce augeri fortasse Lexica possent. — *חֹרֶשׁ, *sylva.* 1 Sam. XXIII. 19. ubi τὰ στενὰ sunt *loca angusta, ad quæ aditus non facile patet.* Quia hæc loca sunt maxime tuta, Vulgatus non male transtulit: *in locis tutissimis sylvæ.* — לַחַץ, *oppressio.* Ies. XXX. 20. ὕδωρ στενόν, parum aquæ. Fortasse autem στενὸν

a ibi ad vocem *στενόω* potius referendum est. Vide supra s. אָוֶן. — מְצָדָה, *munitio.* 1 Sam. XXIII. 14. (Vulg. *in locis firmissimis:* qualia sunt *pylæ.*) 19. XXIV. 1.—מְצוּדָה, idem. 1 Sam. XXIV. 23. *εἰς τὴν μεσσερὰν τὴν στενήν,* ubi duæ versiones coaluerunt, et *τὴν στενὴν* est merum glossema ad vocem præcedentem, qua מְצוּדָה literis Græcis expressa
b est, ex qua simul apparet, cur *τὴν στενὴν* positum sit, quia scil. pro Daleth legit Resch, et a צוּר aut צָרַר derivavit. — צֹפִיָּה part. fœm. *speculans.* Prov. XXXI. 27. *στεναὶ διατριβαὶ οἴκων αὐτῆς,* h. e. domo circumscribitur commoratio aut conversatio aut occupatio ejus: ubi alii libri *στεγναὶ* habent eodem sensu. Vide supra s. v. *στεγνός.* —
c צַר : צָר. Num. XXII. 26. 2 Sam. XXIV. 14. 2 Reg. VI. 1. et alibi. Adde Aquil. Symmach. 1 Sam. XXVIII. 15. et Aqu. Psalm. XXX. 10. — שׁוּר, *murus.* Job. XXIV. 11. Baruch. III. 1. *ψυχὴ ἐν στενοῖς.* Susann. 21. *στενά μοι πάντοθεν, pericula* omni ex parte proposita.

ΣΤΕΝΟ'ΤΗΣ, *angustia.* 2 Macc. XII. 21.

d ΣΤΕΝΟΧΩΡΕ'Ω, *angusto, coarcto, angustus alicui sum.* *אָלַץ Pih. *moleste urgeo, coarcto.* Jud. XVI. 16. sec. cod. Vat. *ἐστενοχώρησεν αὐτόν*; ubi reliqui libri habent *παρηνώχλησεν,* ut adeo verosimile sit, *ἐστενοχώρησεν* esse alius interpretis, et ad antecedens הֵצִיק potius pertinere. — אָץ, *angustus.* Jos. XVII. 15. *εἰ στενοχωρεῖ σε τὸ ὄρος Ἐφραίμ,* si angustus tibi
e est mons Ephraim. — מָצוֹק, *angustia.* Symm. 1 Sam. XXII. 2. *στενοχωρούμενος.* Conf. 2 Cor. IV. 8. et ad h. l. Wolfium p. 595. ac Lex. N. T. s. h. v. — צוּר. Ies. XLIX. 19. — קָצַר מַצָּע, *curtum est stratum.* Ies. XXVIII. 20. *στενοχωρούμενοι οὐ δυνάμεθα μάχεσθαι,* coarctati non possumus pugnare.

ΣΤΕΝΟΧΩΡΙ'Α, *angustia, coarctatio.* מָצוֹר, *obsidio.* Deut. XXVIII. f
53. 55. 57. — צוּקָה. Ies. VIII. 22. *θλῖψις καὶ στενοχωρία,* afflictio et angustia. Vide et Ies. XXX. 6. ac conf. Rom. II. 9. ubi eædem voces conjunguntur. Vox *στενοχωρία* vero legitur etiam Sap. V. 3. Sirac. X. 29. 1 Maccab. II. 53. et XIII. 3. Esth. XIV. 2. sec. Vet. Arund. *ἐνεδύσατο στενοχωρίαν,* h. e. *ἱμάτια στενοχωρίας,* h. e. vestimenta angustiæ g
apta, ut in altera versione legitur.

'ΕΝ ΣΤΕΝΟΧΩΡΙ'Α 'ΩΝ, *in angustia existens.* אֲשֶׁר מוּצָק part. Hoph. a צוּק, *angustatus.* Ies. VIII. 22.

ΣΤΕΝΟ'Ω, *angusto, arcto.* *כָּרַע, *incurvo me,* speciatim *præ dolore.* 1 Sam. IV. 19. sec. Compl. *ἐστένωσεν,* sc. *ἑαυτὴν,* h. e. *ἐστενώθη,* quasi coarctata et constricta est doloribus partus, s. sensit dolores partus, qui in seq. צִירִים dicuntur, cujus vocis originem sine dubio respexit auctor hujus versionis. Suspicari tamen aliquis posset, eum scripsisse *ἐστέναξε,* quod habet alius incertus interpres. Secundum Tychsenium auctor hujus versionis legit תקרא. — צוּר, *arcto.* Al. Prov. IV. 12.

ΣΤΕ'ΝΩ, *gemo.* אֲנָקָה, *gemitus.* Theod. Mal. II. 13. *στένοντες.* — *בְּחַיַּי, *in vita mea,* Job. X. 1. *στένων.* Legisse videntur בְּכָה — נֶאֱנַח Niph. Prov. XXIX. 2. — נוּעַ, *vagor.* Gen. IV. 11. 13. *στένων καὶ τρέμων.* A rad. נָהָה, *lamentari,* auxilia petierunt. — נִסְתַּר Niph. *abscondor.* Proverb. XXVIII. 28. *στένουσι.* Ita fortasse transtulerunt, quia vocem Hebr. de iis intellexerunt, qui sese occultant lugendi causa, quum in tyrannorum dominatione lugendi libertas non sit satis integra, sed

a periculosa. Fieri tamen potuit, ut στένουσι e simili c. XXIX. 2. sententia hunc in locum transferretur. Vide ad h. l. Jaegerum. Non tamen admodum repugnarem, si quis στέγουσι legere mallet. — קָדַר, *atratus incedo*. Job. XXX. 28. Hesych. στένων, στενάζων.

ΣΤΕ'ΝΩ ΛΙΜΩ͂Ι, *gemo fame*. נָהַק, *rudo*. Symm. Job. VI. 5. στένει.

b ΣΤΕΝΩ͂Σ, *anguste, arcte*. צַר. 1 Sam. XIII. 6. ὅτι στενῶς αὐτῷ μὴ προσάγειν αὐτῷ. Reponendum hic esse judico στενὸν, sc. ἐστὶ, nihil enim habet adverbium στενῶς, a quo regatur. Vulg. *se in arcto positos*.

ΣΤΕ'ΝΩΣΙΣ, *angustatio, coarctatio*. צָרָה, idem. Al. Jer. XLIX. 24.

ΣΤΕ'ΡΓΩ, *amo, diligo*. Sir. VIII.
c 22. οὐ γὰρ δυνήσονται λόγον στέρξαι. Non enim poterunt diligere, nisi quae eis placent. Hoc additamentum pernecessarium est. Sed pro στέρξαι alii libri habent στέξαι. Ibid. XXVII. 17. Hesych. στέργει, φιλεῖ, ἀγαπᾷ.

ΣΤΕΡΕ'ΜΝΙΟΣ, *firmus, solidus, robustus*. בָּרִיא, *pinguis*. Aqu. Gen. XLI. 2. στερέμνιοι κρέει, *corpulentae*,
d de bubus torosis et toris luxuriantibus. Vide ad h. l. Montfauc. in Append. p. 669. Aretaeus p. 62. l. 45. στερέμνιοι ὠτειλαί. Hesych. στερέμνιον, στερεὸν, ἰσχυρόν. Lex. Cyrilli MS. Brem. στερέμνιον, τὸ πυκνὸν καὶ στερεόν. Adverbium στερεμνίως legitur apud Hippocratem de Alimento p. 380. 15.

ΣΤΕΡΕΟΚΑ'ΡΔΙΟΣ, *durus corde*.
e חִזְקֵי לֵב. Ezech. II. 4.

ΣΤΕΡΕΟ'Σ, *firmus, robustus, validus, rigidus, crudelis*. אַדִּיר. Al. 1 Sam. IV. 8. στερεῶν. Legerunt אַבִּירִים. — אֵיתָן, *robur*. Aqu. Jerem. XLIX. 19. στερεά. Ibid. X. 44. Idem Psalm. LXXIII. 15. ποταμοὶ στερεοὶ, fluvii *perennes*. אֵיתָן est a وتن *perennis fuit*. Symmachus ἀρχαίους, qui a mundo condito fluxerunt. — אַכְזָר, *crudelis*. Jer. f
XXX. 12. παιδείαν στερεάν. — אָנוּשׁ, *mortiferus*. Jer. XV. 18. ἡ πληγή μου στερεά. — בָּרִיא, *pinguis*. Symmach. Psalm. LXXII. 4. στερεά. Videri quidem posset, Symmachum ita vertisse, quia in sequentibus אוּלָם per πρόπυλα expressit, sed quia etiam LXX voce στερέωμα ibi pro eodem usi sunt, potius tenendum erit, vocabula, quae *carnositatem* ac *pinguedinem* significant, apud g
Graecos pariter ac Hebraeos ad *robur* et *firmitatem* referri. Vide quoque Simonis Lexic. Hebr. s. v. אול pag. 55. — חָזָק, *robustus*. Psalm. XXXIV. 12. Jerem. XXXI. 11. — °חַלָּמִישׁ, *silex*. Deut. XXXII. 13. ἐκ στερεᾶς πέτρας. — מִקְשָׁה, *firmitas*. Num. VIII. 5. — צוּר, *rupes*. Aqu. Deuter. XXXII. 31. στερεός. h
Idem Psalm. LXI. 8. Ies. VIII. 14. Idem sec. edit. primam Jerem. XXI. 13. Symm. Psalm. LX. 3. — צָרִים, nomen propr. Aqu. Symm. 2 Sam. II. 16. Respexerunt etymologiam a צוּר, quod vide supra.

ΣΤΕΡΕΩ'ΤΕΡΟΣ comp. *firmior*. אַדִּיר, *magnificus, validus*. 1 Sam. IV. 8. — מֵרַע, *maleficus*. Jer. XX. 13. στερεωτέρων αὐτοῦ. Ita Alex. Ald. i
et Compl. Scil. per *impios* h. l. *potentes oppressores* intellegendi sunt.

ΣΤΕΡΕΩ'ΤΑΤΟΣ superlat. *firmissimus*. שָׁתַל, *planto*. Aqu. Symm. Theod. Hos. IX. 15. στερεωτάτην.

ΣΤΕΡΕΟ'Ω, *firmo, roboro*. אָמֵץ, *firmo*. Ps. XVII. 20. Inc. 2 Sam. XIV. 12. — הֵצִיב infin. Hiph. a יָצַב. Aqu. 1 Sam. XIII. 21. τοῦ στερεώσαντος. Mallem legere στερεῶ-

a σαι. — חָזַק : חִזֵּק, Kal et Pih. Jer. V. 3. X. 4. LII. 4. Adde Incert. et LXX sec. cod. Oxon. Exod. XIV. 15. ubi est i. q. σκληρύνω. — חָשַׂף, *denudo*. Ezech. IV. 7. στερεώσεις, *firmiter extendes*. Sed suspicor legendum στερήσεις, *privabis*, *tegumentis* sc. — טִפַּח Pih. *palmo metior*. Ies. XLVIII. 13. Vox Hebr., quæ *expandere* etiam notat, h. l. de *crea-*
b *tione* explicanda est, quam notionem quoque voci στερεοῦν subjecerunt. — יָצַר, *formo*. Amos IV. 13. στερεῶν βροντήν. — מִבְצָר, *munitio*. 1 Sam. VI. 18. πόλεως ἐστερεωμένης, urbis *bene munitæ*. — נָטָה, *extendo*. Ies. XLV. 12. ἐστερέωσας τὸν οὐρανόν. — נִמְלַח Niph. *evanesco*. Ies. LI. 6. ὁ οὐρανὸς ὡς καπνὸς ἐστερεώθη. Paulus in Obss. Critt. Philol. ad Iesaiæ
c Oracula p. 17., offensus voce ἐστερεώθη, quæ præcedenti καπνὸς minime convenire ei videbatur, conjecit, legendum esse ἐστρώθη, hoc sensu: *nebulæ instar fumi delabentur*. Equidem ἐκενώθη, *evanuit*, legere, mallem. — נָכוֹן Niph. a כּוּן. 1 Reg. III. 1. ἡ βασιλεία ἐστερεώθη, regnum confirmatum est. Psalm. XCII. 2. Prov. XX. 21. — נִצַּב Niph. a יָצַב.
d Thren. II. 4. — סָמַךְ, *fulcio, sustento*. Al. Gen. XXII. 37. ἐστερέωσα. — עָלַץ, *exulto*. 1 Sam. II. 1. ἐστερεώθη ἡ καρδία μου ἐν κυρίῳ. Pro עָלַץ legerunt עָרַץ, quod habet notionem *roboris* et *fortitudinis*. — *עָצַם, *roboror*. Dan. VIII. 24. sec. cod. Chis. — *עָצָה, *claudo*. Aqu. Theod. Prov. XVI. 30. non male per στερεοῦν transtulerunt, quia sermo ibi est
e de oculis, quos qui claudit, etiam firmare, h. e. impedire, ne vagentur, dici potest. Vide quoque infra s. v. στηρίζω. — עָשָׂה, *facio*. Ps. XXXII. 6. — *עָשָׂת. Aqu. Symm. Theod. Jerem. V. 28. — רָקַע, *expando*. Aqu. et LXX Job. XXXVII. 18. Vulgat. *fabricatus es*. Psalm. CXXXV. 6. Ies. XLII. 5. — תִּכֵּן Pih. *apto*. Ps. LXXIV. 3. Ita quoque Theodot. Quinta et Sexta Editio. f
Sir. III. 3. στερεοῦν notat *velle, ut aliquid firmum sit et maneat, seu justam auctoritatem habeat, sancire, confirmare, attribuere auctoritatem*. Cf. Vers. Syr. et Arab. Sir. XXIX. 3. στερεοῦν λόγον, *fideliter stare promissis*.

*ΠΟ'ΛΕΙΣ 'ΕΣΤΕΡΕΩΜΕ'ΝΑΙ, *urbes bene munitæ*. מִבְצָר, *munitio*. 2 Reg. VIII. 12. ubi alii ὀχυρώματα. g
Ita quoque στερεοῦν legitur 1 Macc. IX. 62.

ΣΤΕΡΕ'Ω, *privo, orbo*. *גָּרַס, *confringo*. Syrus Thren. III. 16. — הִפַּח. Symmach. Job. XXXI. 39. ἐστέρησα ἐλπίδος, spe *frustravi*. Bene quoad sensum: nam *sufflare animam alicujus* significat apud Hebræos *spem alicujus frustrare*, quia נֶפֶשׁ de *quovis affectu vehementiore*, inprimis *cupiditate ac desiderio* adhiberi solet. — *הַצִּיב infin. Hiph. a נָצַב, *infigere*. Inc. sec. Cat. Nicephori p. 359. 1 Sam. XIII. 21. ubi judice Scharfenbergio στερῆσαι mutandum est in στῆσαι. Mallem equidem legere στερεῶσαι. — זוּר, *alienor*. Ps. LXXVII. 33. οὐκ ἐστερέθησαν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας αὐτοῦ, non *privati sunt* concupiscentia sua. — חָסַר, *deficio*. Cohel. IX. 8. ἔλαιον ἐπὶ κεφαλῆς σου μὴ στερησάτω, non *desit* oleum capiti tuo. Alii habent ὑστερησάτω. — מָנַע, *cohibeo*. Genes. XXX. 2. ἐστέρησέ σε καρπὸν κοιλίας, *privavit* te fructu ventris. Vide et Psalm. XX. 2. Job. XXII. 7. πεινώντων ἐστέρησας ψωμόν, esurientes *privasti* pane. — פִּלֵּל Pih. *judico*. Gen. XLVIII. 11. Præterea legitur Thren. III. 16. ubi tamen verb

a καὶ ἐστέρησέ με, quæ ad שִׁנַּי, *dentes meos*, Montfauconus protulit, delenda sunt, quippe desumta e loco Theodoreti male intellecto, ut docuit Doederleinius in Repert. Bibl. et Orient. Liter. T. VI. pag. 200. seq. Sap. XVIII. 4. στερεθῆναι φωτὸς, *orbari* luce. Vide et Sir. VII. 22. XXVIII. 16. XXXVII. 24.

ΣΤΕΡΕ'ΩΜΑ, *firmamentum, fulci-*
b *mentum, confirmatio.* בְּרִיא, *pinguis.* Ps. LXXII. 4. ubi στερέωμα dicitur de *plagis validis et fortiter inflictis.* Aqu. Gen. XLI. 2. ubi v. Montf. in Append. Vide quoque supra s. v. στερεός. — הַצִּיב infin. Hiph. a יָצַב, *constituere.* Aqu. 1 Sam. XIII. 21. — חֵל contracte pro חֵיל. Symmach. Ies. XXVI. 1. ubi στερέωμα, *firmamentum*, teste Hieronymo est
c *antemurale.* — מַטֶּה, *virga, baculus.* Aqu. sec. edit. secundam, Symm. ac Theod. Ezech. IV. 16. στερέωμα ἄρτου, panis, quo vita hominis fulcitur quasi, *reficitur et sustentatur.* Confer Glassii Philol. S. pag. 1210. — סֶלַע, *petra.* Psalm. XVII. 1. — עֶצֶם, *os, corpus.* Exod. XXIV. 10. — פֶּרֶץ, *ruptura.* Ezech. XIII. 5. ubi etiam στερέωμα *antemurale* esse
d videtur. Vide supra s. v. חֵל. — צְבִי. Symm. Aquila sec. ed. primam. Ezech. XX. 6. Deduxit sine dubio a יָצַב, *stare, consistere, subsistere.* Vide supra s. v. στάσις. — קַיֵּם infin. Pih. a קוּם. Esth. IX. 29. τό τε στερέωμα τῆς ἐπιστολῆς *confirmationem* epistolæ. — רָקִיעַ, *expansum*, etiam *firmamentum.* Syr. ܪܩܥ, *firmare, solidum et firmum*
e *facere.* Eandem notionem habet quoque رقع, Gen. I. 6. Psalm. XVIII. 1. Dan. XII. 3. Is. Vossius Auctar. Castigatt. ad Scriptt. de Ætat. Mundi p. 15. docet, LXX recte רָקִיעַ vertisse στερέωμα, h. e. *firmamentum* aut *fulcimentum*, et per hoc nubes intellegendas esse, quæ tanquam fulcra, vehicula et στερεώματα sint humorum. Cum vero sol et luna in firmamento esse f
dicantur, latius accipi *firmamenti* nomen, nempe pro *toto eo spatio, quod supra nos est.* Sic et Bonfrerius in Gen. l. c. p. 100. per στερέωμα *cœlos astriferos* intellegit, quibus profani auctores etiam firmitatem adstruunt, siquidem, eodem observante. Homerus Il. Ε', v. 504. οὐρανὸν πολύχαλκον vocat, h. e. *solidum et quasi multo ac denso ære firmatum.* Hesychius στερεὸν inter- g
pretatur. Idem poëta Odyss. Ο', v. 328. σιδήρεον οὐρανόν: Pindarus οὐρανὸν χάλκεον ob firmitatem et perennitatem appellat. Orpheus in Hymno ad Cœlum vocat illud ἀδάμαστον, *adamantinum et indomabile.* Fulleri sententiam, cur LXX רָקִיעַ per στερέωμα interpretati sint, vide in Ej. Miscell. Sacr. L. I. c. 6. p. 51. seq. — *שַׁחַק, *nubes superior.* Deut. XXXIII. 26. Cant. Tr. Puer. 26. h
1 Macc. IX. 14. στερέωμα τῆς παρεμβολῆς, h. e. *firmior pars exercitus*, ut recte transtulit Vulgatus. Sirac. XLIII. 1. στερέωμα τῆς καθαριότητος, firmamentum serenum, æther purus. 3 Esdr. VIII. 83. ubi in textu Hebr. Esdr. IX. 9. est גָּדֵר, *murus* s. *locus muro obfirmatus*, quod LXX verterunt φραγμός.

ΣΤΕΡΕ'ΩΣΙΣ, *firmatio, consoli-* i
datio, firmitas. עֲצֻמוֹת. Aqu. Ies. XLI. 21. ubi στερεώσεις notat *argumenta firma, quibus assertioni robur additur.* Vide tamen notata supra a me s. v. ὀστέωσις. Sirac. XXVIII. 10. στερέωσις τῆς μάχης, rixæ *vehementia.*

ΣΤΕΡΙ'ΣΚΩ, i. q. στερέω, *privo, orbo.* חִסֵּר Pih. *destituo.* Cohel. IV. 8. Hesych. στερίσκω, ἀποστερῶ.

a ΣΤΕ'ΡΝΟΝ, *pectus*. Sir. XXVI. 20. ἐπὶ στέρνοις, *in pectoribus*. Suidas: στέρνοις, στήθεσι. Grotius Sir. l. c. pro στέρνοις ex Vulgato (qui habet: *super plantas stabiles*) legendum censet στερεοῖς, et τὰ στερεὰ *firmamenta pedum*, h. e. *plantas*, interpretatur. Sed Grabius Proleg. in LXX T. IV. c. 4. §. 6. nullus dubitat, πτέρναις reponendum esse.

b ΣΤΕΦΑ'ΝΗ, *corona*, *lorica*. *זֵר, *limbus*, it. *cinctura*, ex verbi significatione *cingendi*. Exod. XXX. 3. 4. XXXVII. 31. — מִסְגֶּרֶת, *tænia*. Exod. XXV. 25. 26. XXXVII. 12. 13. — מַעֲקֶה, *lorica illa, qua tecta ædium s. solaria veterum cingi solebant et debebant*. Vide Michaëlis Synt. Commentatt. p. 55? seq. Deut. XXII. 8. ποιήσεις στεφάνην τῷ
c δώματί σου, facies *loricam* tecto tuo. Latinis *corona* eodem sensu usurpatur. Paschalius de Corona Lib. I. c. 2. p. 7.: *Nec solum Græcis στεφάνη est summitas, sed et* corona *est pars muri totiusque lapideæ structuræ, quam* loricam *dicimus, ut apud Vitruvium* (Lib. II. c. 8.) *legimus* projectura coronarum: *id est porrectiores coronæ*. Et apud Qu.
d Curtium (Lib. IX. 4. 30.) angusta muri corona *est contractior projectura coronæ*. Idem hoc ipso sensu vocem usurpari a Plinio L. XXXVI. c. 24. observat. Adde Jul. Cæs. B. Gall. VIII. 9. 3. — סִיר, *olla*. Ex. XXVII. 3. XXXVIII. 3. Jerem. LII. 14. Ad postremum locum Chrysostomus in Catena Ghislerii p. 929. στεφάνην λέγει τὸ παγκέλωτον
e σχῆμα, τὸ περὶ τοὺς κίονας. — Vide alibi στρεπτός.

ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΕ'Ω, *coronam fero*. Sap. IV. 2.

ΣΤΕ'ΦΑΝΟΣ, *corona*, i. q. στεφάνη, item *omne quod formam habet coronæ, circulus*. אַבְנֵט, *balteus*. Ies. XXII. 21. — זֵר, *limbus*, it. *cinctura*. Samarit. Exod. XXXVII. 2. — כָּלִיל, *perfectus*. Thren. II. 15. Ezech. XXVIII. 12. Habet כָּלִיל f notionem *coronæ* in l. Syriaca et Chaldaica. — לִוְיָה, *adjectio*. Prov. IV. 9. ἵνα δῷ τῇ σῇ κεφαλῇ στέφανον χαρίτων, ut det capiti tuo coronam gratiarum. Vide et Prov. I. 9. Arab. لوى, *flexit, plicuit, contorsit*, unde לִוְיָה ad *omnes res multo flexu plexuque sese innectentes et complicantes* transfertur. Lex. Cyrilli MS. Brem. στέφανος χαρίτων, g στέφανος τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων. Inde et apud Hesychium pro στέφανος τῶν κ. τ. λ. legendum: στέφανος χαρίτων, τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ὁ στέφανος. — עָטַר, *corono*. Ps. LXIV. 12. ubi pro עִטַּרְתָּ, *coronasti*, legerunt substantivum עֲטֶרֶת, — עֲטָרָה. 2 Sam. XII. 30. 1 Par. XX. 2. Job. XIX. 9. et alibi sæpius. — פְּאֵר, *ornamentum*. Aquila, Symmach. Theod. Ies. LXI. 10. — h צָנוֹף infin. *volutando*. Ies. XXII. 18. ubi legerunt צָנִיף, *cidaris*. Sir. I. 22. στέφανος σοφίας φοβεῖσθαι τὸν κύριον, *summa* sapientia est timere Deum. Στέφανος hic notat *omne quod primum* seu *summum est in aliqua re*. Sirac. I. 11. 16. στέφανος ἀγαλλιάματος, *summa lætitia*, coll. v. 18. Sir. XXV. 8. στέφανος γερόντων πολυπειρία, *corona* i. e. *ornamentum* senum multa experientia. Sic Homerus Epigr. in Palat. Curial. ἀν- i δρὸς μὲν στέφανος παῖδες, πύργοι δὲ πόληος. Sir. L. 14. κυκλόθεν αὐτοῦ στέφανος ἀδελφῶν, ubi est i. q. κύκλος, adjuncta notione *præstantiæ* et *decoris*. Eadem vox in singulari pariter ac plurali numero interdum notat *coronas aureas*, seu *aurum coronarium* (στεφανίτην φόρον, στεφανικὸν τέλεσμα), *genus tributi aut muneris, quod Judæi quotannis soliti erant regibus offerre honoris causa*,

a *non tanquam tributum dominis, sed ut coronam amicis.* 1 Macc. X. 29. ἀφίημι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἀπὸ τῶν στεφάνων. Ib. XI. 35. τοὺς ἀνήκοντας ἡμῖν στεφάνους. Ibid. XIII. 39. τὸν στέφανον, ὃν ὀφείλετε. Sic etiam Polybio XXII. 17. 4. στέφανος est *pecuniæ summa loco coronæ honoris et officii causa oblata victoribus et rerum dominis.* Vide ibi Schweighæuserum,
b rum, et quæ loca laudavit in Lex. Polyb. De *auro coronario* confer quoque Titul. Cod. Theodos. de Auro Coronario, et ibid. Jac. Gothofredum, Petavium ad Synes. p. 7. Valesium ad Ammian. L. XXV. p. 301. etiam Suidam s. στεφανικὸν τέλεσμα.

ΣΤΕΦΑΝΟ'Ω, *corono, orno, cingo,* (Homer. Iliad. Ο', 153.) *protego.*
c הִכְתִּיר Hiph. *cingo.* Symm. Ps. CXLI. 8. στεφανώσονται. — עָטַר, *corono.* Aqu. et LXX Ps. V. 15. ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς, tanquam scuto beneplaciti *cinxisti,* h. e. *protexisti nos.* Confer Psalm. XC. 5. ubi, quod hic est στεφανοῦν, est κυκλοῦν. Sic Orpheo (Argon. v. 895.) στέφανοι sunt *muri, quibus urbes coronæ ad instar cinctæ et*
d *munitæ sunt.* Vide Lexic. Stephani. Et στέφανοι πύργων Euripidi Hecub. v. 910. sunt *turres, quibus Ilium eodem modo septum et munitum fuit.* Sic et *urbes bene munitæ* εὐστέφανοι Græcis vocantur. Vide quæ ex Hesiodi Scut. Herc. v. 80. et Theogon. v. 978. et Phlegonte Tralliano Mirabil. c. 3. (Adde Eustath. de Ismen. Lib. I. init. urbs Eurycomis
e θαλάσσῃ στεφανοῦται.) observat J. H. Maius filius Obss. SS. Lib. II. p. 25. Unde Suidas εὐστέφανον interpretatur εὐτείχιστον, et Hesychio εὐστέφανος est εὔπυργος, εὔτειχος. Nam verba hæc, εὔπυργος, εὔτειχος, cum sequentibus, καλὸν στέφανον ἔχων, quæ vulgo ab εὐστέφανος tanquam nova glossa separantur, illam adhuc exponere manifestum est. Confer

et Ies. XXIII. 8. ubi Tyrus ob f
muros et turres, quibus munita fuit juxta Ezech. XXVI. 4. et XXVII. 12., dicitur הַמַּעֲטִירָה, *coronata,* et Spanhem. in Callimach. p. 346. — פֵּאֵר, *orno.* Inc. Deut. XXIV. 20. στεφανώσεις. Sirac. XIX. 5. sec. Complut. ὁ ἀντοφθαλμῶν ἡδοναῖς στεφανοῖ τὴν ζωὴν αὐτοῦ, qui pravis cupiditatibus resistit, *felicem se reddit,* aut: *vitam agit tranquillam* g
et beatam. Sic quoque στέφανος 1 Petr. V. 4. de *felicitate æterna* adhibetur.

ΣΤΕ'ΦΟΣ, *corona.* 3 Maccab. IV. 8.

ΣΤΕ'ΦΩ. i. q. στεφανόω, *corono.* הִכְתִּיר Hiph. *cingo.* Theod. Prov. XIV. 18. στεφθήσονται. — עָטַר. Aqu. et Inc. Ps. VIII. 6. στέψεις. Sap. II. 8. στεψώμεθα ῥόδων κάλυξιν, co- h
ronemus nos rosarum calicibus. Hesych. στέφεται, στεφανοῦται, κοσμεῖται. Idem: Στύφαι (lege στέψαι e Phavorino), πληρῶσαι, στεφανῶσαι, κεράσαι, κυκλῶσαι.

ΣΤΗΘΟΔΕΣΜΙ'Σ, *fascia pectoralis.* פְּתִיגִיל, *fascia mulierum pectoralis rotunda.* Symm. Ies III. 24. τῆς στηθοδεσμίδος. — קִשֻּׁרִים plur. *redimicula.* Jerem. II. 32. Atticis i
dicitur ταινία. Moeris: Ταινία, Ἀττικῶς. στηθοδεσμίς, Ἑλληνικῶς. Pollux Lib. VII. c. 14. Segm. 69. pag. 734. στηθόδεσμον vocat, et Aristophanem ἀπόδεσμον dixisse testatur. En verba: ἀντικρὺς δὲ τὸ νῦν καλούμενον στηθόδεσμον, εὕροις δ' ἂν ὀνομαζόμενον ἀπόδεσμον ἐν Θεσμοφοριαζούσαις Ἀριστοφάνους· Τὴν πτέρυγα παραλύσασαν τοῦ χιτωνίου, καὶ τῶν ἀποδέσμων, οἷς ἐνῆν k
τιτθίδια. Græcis alias etiam appellatur ἀμπεχόνη aut ἀμπεχόνιον, Latinis *strophium* vel *strophiolum.* Vide Ez. Spanhemium Obss. in Callimachum p. 135. Postel. in Not. ad Callidam Junon. Homeri carmine vernaculo redditam p. 229. seq. et Schlægeri Diss. de Diana λυσιζώ-

a νῷ p. 32. seq. ubi etiam Hebr. כּוּמָז Num. XXXI. 50. cum Targumista de *strophio mamillas coërcente* interpretatur.

ΣΤΗ͂ΘΟΣ, *pectus*. גָּחוֹן. Aqu. Lev. XI. 42. Vox Hebr. *partem inferiorem corporis reptilium, qua terram tangunt,* denotat. — חֲדִי Chald. Dan. II. 32. — לֵב, *cor.* Exod. XXVIII. 23. 26. Adde Theodot.
b Jerem. XXXI. 33. — לוּחַ לֵב, *tabula cordis*. Symm. Prov. III. 3. coll. VII. 3. — נַחַר, *rhonchus*. Job. XXXIX. 20. Sc. نحر est *pars pectoris superior prope jugulum et claviculam*. Cæterum Jobi l. l. loco δόξα δὲ στηθέων αὐτοῦ τόλμη in cod. Alex. rectius legitur: δόξῃ στηθέων αὐτοῦ τόλμην.

ΣΤΗΘΥ͂ΝΙΟΝ, *pectusculum*. חָזֶה,
c *pectus*, pars corporis anterior et exstantior, speciatim *pectus brutorum*. Vide Amralkeis Moall. v. 63. Ex. XXIX. 26. 27. Levit. VII. 20. 21. et alibi sæpius. Reperitur quoque apud Inc. Levit. VII. 13. ubi nihil in textu Hebr. legitur. Videtur autem e sequentibus huc translatum esse, ubi τοῦ חָזֶה mentio fit. A Polluce II. 162. explicatur τῶν
d στηθῶν τὸ μέσον. Confer Sturz. de Dial. Maced. p. 194.

* ΣΤΗ'ΚΩ, *firmiter sto*. הִתְיַצֵּב Hithp. a יָצַב. Sec. cod. Alex. et ed. Compl. Ex. XIV. 13. στήκετε, *fortes, animosi estote*. Reliqui libri habent στῆτε. Confer Lexicon N. T. s. h. v.

ΣΤΗ'ΛΗ, *lapis e terra exstans, qui vel munitionis gratia, vel in signum erectus est,* deinde *quidquid ad*
e *rei monumentum ac memoriam erigitur,* s. *statua sit,* s. *pyramis* s. *columna* s. *sepulcrum* s. *altare* s. *lapis impolitus,* i. q. *titulus*. Confer Cuperum in notis ad Lactantium p. 176. אוֹב, *pytho*. Al. 2 Reg. XXI. 6. στήλην. Vide infra s. τέμενος. — בָּמָה, *excelsum*. Levit. XXVI. 30. Numer. XXII. 41. XXXIII. 52. — בַּעֲלֵי, בָּמוֹת, *domini excelsorum*. Numer. XXI. 28. Sed ibi στήλας tantum Hebr. בָּמוֹת respondet, ac ad בַּעֲלֵי f
pertinet κατέπιε, quod vide supra. — מִזְבֵּחַ, *altare*. 2 Par. XXXIII. 3. — מוֹשָׁב, *sedes*. Ezech. VIII. 3. — מַצֵּבָה : מַצֶּבֶת, *titulus, monumentum*. Genes. XXVIII. 18. 22. XXXI. 13. XXXV. 14. et alibi sæpius. — נְצִיב. Genes. XIX. 26. — עַמּוּד. Jerem. XXVII. 19. — *קָדֵשׁ, *scortum masculum, cinædus*. Inc. 1 Reg. XV. 12. τὰς στήλας. Forte legit קְרָשִׁים, a קֶרֶשׁ, *asser, tabula, trabs secta*. Conjici quoque posset κύνας, quæ vox apud Græcos eodem modo de *cinædis* s. *scortis masculis* adhibetur, ut Hebr. קָדֵשׁ. Conf. Lexic. N. T. s. h. v. Sed nihil mutandum videtur, modo στῆλαι h. l. explicentur de *columnis in honorem idolorum exstructis,* ut adeo partem pro toto, seu speciem pro genere posuerit. Nam קֳדָשִׁים in universum *omnes res sanctas, cultui divino* s. *religioso destinatas* significat.

ΣΤΗΛΟΓΡΑΦΙ'Α, *tituli inscriptio, inscriptio in columnam vel cippum*. מִכְתָּם, *aureolum, aureum κειμήλιον*. Psalm. XV. 1. LV. 1. LVI. 1. et alibi in inscriptionibus Psalmorum. Cappellus in Crit. S. p. 574. vult, eos legisse מִכְתָּב, *inscriptio lapidaris*, sed rationem hujus interpretationis ex usu verbi כָּתַם apud Syros reddit J. D. Michaëlis Colleg. Crit. in Psalm. XVI. p. 44. et in Supplem. ad Lexic. Hebr. n. 1242. Confer quoque Vriemoet Obss.

a Miscell. p. 204. et Jablonski Pantheon Ægypt. V. c. 5. §. 13. Lexic. Cyrilli MS. Brem. στηλογραφία, φανέρωσις ἱσομένων.

ΣΤΗΛΟ'Ω, *cippum, columnam erigo, statuo, stabilio*, et Στηλόομαι, *affigor alicui rei, ita ut ab ea non discedam, immotus sto instar cippi*, vel simpliciter *sto*. Metaphorice: *affigor alicui rei*. נִצַּב, הִצִּיב et הִתְיַצֵּב, Niph.
b Hiph. et Hithp. a יָצַב. Jud. XVIII. 16. ἐστηλωμένοι παρὰ τὴν θύραν τοῦ πυλῶνος, *firmiter stantes* ad ostium portæ. Vide et v. 17. 1 Sam. XVII. 16. ἐστηλώθη ἐνώπιον Ἰσραὴλ, *stabat* coram Israël. Aqu. Psalm. XLIV. 11. ἐστηλώθη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου, *stat* regina a dexteris ejus. Usus est his verbis, ut *proceritatem et majestatem corporis* indicaret. Hesych. ἐστήλωτο,
c εἱστήκει. Lexic. Cyrilli MS. Brem. ἐστηλώθη, ἐπάγη, ἡδράσθη. 2 Sam. XVIII. 17. ἐστήλωσεν ἐπ' αὐτὸν σωρὸν λίθων μέγαν, *erigebat* super illum acervum lapidum magnum. Vide et 2 Reg. XVII. 10. 2 Sam. I. 18. Aqu. Psalm. XXXVIII. 6. Aqu. Theod. Ps. LXXII. 17. — *נְצִיב, *præfectus, princeps s. præses provinciæ*. Inc. sec. Cod. Coisl. 2. 2 Sam.
d VIII. 14. καὶ ἔθηκεν ἐστηλωμένην. Cum jam præcesserit versio alia, ad eadem verba Hebraica pertinens, nempe καὶ ἔθηκε φρουρὰς, sponte apparet, continere hæc verba versionem alius interpretis, sine dubio Aquilæ, qui supra v. 6. eandem vocem per ἐστηλωμένους reddidit, respiciens nempe propriam verbi נָצַב notionem. Conf. Simonis Lex.
e Hebr. s. v. נְצִיב p. 1045. Post ἐστηλωμένην autem supplendum erit φρουρὰν, nisi quis ἐστηλωμένους reponere malit. Montfauconius autem ἐστηλωμένην transtulit *præsidium*, nempe *fixum, quod in certo ac constituto loco semper manet*. Vulgatus נְצִבִים h. l. per *custodes* interpretatus est.—עָמַד, *sto*. 2 Sam. XVIII. 30. ubi στηλοῦσθαι non simpliciter *stare*, sed *immotum stare, de loco suo non moveri* notat. — צְבִי, *decus*, f
gloria. 2 Sam. I. 19. στήλωσον Ἰσραὴλ, erige Israëli columnam, h. e. monumentum s. pyramidem in eorum memoriam perpetuumque monumentum. Hoc nempe honore sunt dignissimi. Legerunt הַצִּיב (imp. Hiph. a נָצַב, *posuit, statuit*, unde מַצֵּבָה, *statua*.), sive הַצֵּב, sive adeo in fœminino הַצְּבִי. Confer Grabii Proleg. in LXX T. II. c. 4. §. 2. g

ΣΤΗ'ΛΩΜΑ, *columna*. מַצֶּבֶת, idem. 2 Sam. XVIII. 18. sec. Alex. Theod. Ies. VI. 13. — מַצָּב. Aqu. Jud. IX. 6.

ΣΤΗ'ΛΩΣΙΣ, *statio, erectio columnæ*, etiam *columna ipsa*. מַצֶּבֶת. Aqu. Ies. VI. 13.

ΣΤΗ'ΜΩΝ, *stamen, filum tendens per longitudinem telæ*. קָרַחַת, *calvities*. Levit. XIII. 55. ἢ ἐν τῷ στήμονι. h
Ita interpretati sunt ex aliis hujus capitis locis. — שְׁתִי. Levit. XIII. 48. 49. 56. et alibi.

*ΣΤΗ͂Ρ, idem quod στέαρ. Hist. Bel et Drac. v. 27. sec. cod. Alex. Similis vox est κῆρ pro κέαρ.

ΣΤΗ'ΡΙΓΜΑ, *firmitas, firmamentum, fulcrum*. אַיִל, *superliminare*. Aqu. Ezech. XLI. 3. — אֱמוּנִים plur. ex אֵמוּן, *fidelitates, fideles*. i
2 Sam. XX. 19. — הָמוֹן, *multitudo*. 2 Reg. XXIV. 31. τὸ λοιπὸν τοῦ στηρίγματος, ubi alii λαοῦ habent, qui h. l. στήριγμα dicitur, quia eo nititur salus ac potentia reipublicæ. — יָתֵד, *paxillus*. Esdr. IX. 8. — מַטֶּה, *virga, baculus*. Psalm. CIV. 16. στήριγμα ἄρτου, fulcrum panis. Vide et Ezech. IV. 16. et V. 16. Theodoretus ad Psalm. l. c. et ex eo Suidas: στήριγμα ἄρτου, οὐ μόνον σῖτος καὶ κριθὴ,

a ἀλλὰ πᾶν τὸ τρέφειν δυνάμενον. De *omnibus vitæ adminiculis* στήριγμα quoque legitur Ezech. XIV. 13. De *potentia* s. *prospero rerum statu* ibid. VII. 11. — מִשְׁעָן, *scipio*. Symm. Ies. III. 1. — פִּסַּת בַּר, *particula frumenti*. Psalm. LXXI. 16. ubi post στήριγμα fortasse excidit vox σίτου aut ἄρτου, ut στήριγμα σίτου aut ἄρτου sit i. q. Psalm. CIV. 16. מַטֵּה
b לֶחֶם, ac στήριγμα positum sit pro ξύλῳ s. *baculo crassiori*. Confer Casaub. et Jungermann. ad Pollucis Onom. Lib. X. segm. 157. Grotius conjicit, legendum esse σίτου δράγμα, h. e. *tritici tantum, quantum manu sumi potest*. Meibomius denique ad Psalm. Dav. Duodecim p. 56. LXX σιτηρέσιον scripsisse judicat. Vulg. habet *firmamentum*, pro quo non-
c nulli *frumentum* legere malunt. Sed Chaldæus quoque *fulcimentum* habet, ut adeo στήριγμα sit *abundantia frumenti, vitæ firmamentum et columen*. Chald. פַּן *certum reddere, firmare, fulcire* notat. Suidas: στήριγμα ἄρτου, οὐ μόνον σῖτος καὶ κριθὴ, ἀλλὰ πᾶν τὸ τρέφειν δυνάμενον. Vide Opuscula Critica p. 229. seq. — תָּא, *thalamus, excubitorium*. Aqu. Ezech.
d XL. 7. 12. In notione *auxilii* ac *liberationis* legitur Sirac. III. 30. ἐν καιρῷ πτώσεως αὐτοῦ εὑρήσει στήριγμα. Tob. VIII. 5. Eva στήριγμα dicitur, h. e. *firmum ac fidele præsidium*. Videndum tamen est, annon ibi στήριγμα cum βοηθὸν conjungendum, ac per Hendiadyn explicandum sit de adjutrice, socia ac comite vitæ, in qua summam animi fiduciam ha-
e bere poterat ac debebat. Syrus æque ac Vulgatus h. l. στήριγμα prorsus omisit. 1 Macc. II. 43. ubi sermo est de *copiis auxiliaribus*.

ΣΤΗΡΙΓΜΟ'Σ, *fulcimentum, stabilimentum*. מַשְׁעֵנָה, idem. Symm. Ies. III. 1. Confer 2 Petr. III. 17. Suidas: στηριγμὸς, ἑδρασμός.

ΣΤΗΡΙ'ΖΩ, *firmo, obfirmo, stabilio, fulcio*. *אָמוֹן, *nutricius*. Symmach. Theod. Proverb. VIII. 30. ἐστηριγμένη. E notione *firmandi*, quam ha- f
bet אָמַן. — אֱמוּנָה, *firmitas*. Ex. XVII. 12. ἐγένοντο αἱ χεῖρες Μωϋσέως ἐστηριγμέναι, manus Mosis *firmiter ac fideliter erectæ stabant, nec demittebantur*. Confer supra s. v. πίστις. — אֹמְנוֹת plur. *antæ*. 2 Reg. XVIII. 16. — הִצִּיב : הֻצַּב, Hiph. et Hoph. a יָצַב. Gen. XXVIII. 12. κλίμαξ ἐστηριγμένη ἐν τῇ γῇ, scala *firmiter stans* in terra. Hesych. στηριγμένος, ἱστάμενος. Proverb. XV. 26. ἐστήρισε g
ὅριον χήρας, *firmavit* fines viduæ. Prov. XV. 26. — הִסְתַּפֵּחַ Hithp. a סָפַח, *adhæresco*. 1 Sam. XXVI. 19. — הִפִּיל Hiph. a נָפַל, *cadere facio*. Jerem. III. 12. οὐ μὴ στηριῶ τὸ πρόσωπόν μου ἐφ' ὑμᾶς, non *obfirmabo* faciem meam adversus vos.—*הֵקִים Hiph. a קוּם. Inc. Levit. XXVI. 9. Vide infra s. v. στερῆξις. — *חִיָּה. Inc. Hos. XIV. 8. στηριχθήσονται, h
vino se *recreabunt et confortabunt*. Vide supra s. v. μεθύσκομαι, ac στήριγμα. — *חֶבְיוֹן, *abscondo*. Hab. III. 3. στηρῖξαι. Legerunt הָכִין, vel aliquid simile, a verbo כּוּן. — *חָקַק. Symm. Ies. XLIX. 16. ubi στηρίζειν *insculpere, firmiter inscribere* notare videtur. — *נְטַר, Chald. *conservo*. Dan. VII. 28. sec. cod. Chis. τὸ ῥῆμα ἐν καρδίᾳ μου ἐστήριξα. — נָתַן, *do*. Ez. XIV. 8. στηριῶ τὸ πρόσωπόν μου ἐπὶ i
